ex plo in quo Pythagoricorum opinionē tetigim⁹ assertū fuit hic ꝑ hac ēt ueritate inuestiganda id idem asserere decreui. Diximus.n.ibi Aug.7. sup gen. ad lrām ponere istos ꝑnominatos Viros hanc Tenuisse sentētiā Quā tn̄ ēt recitat in libro ꝯ faustū,& in libro de duab⁹ aīab⁹, Id idē tenuit euripides pl̄us ut Cicero refert libro tusculanarum opinionum, Hoc ēt uoluit ipse Cicero Hoc Seneca ad Lucillū. Hoc Macrobius sup sōnio Scipionis. Quā tn̄ opinionem Aug. libro de origine aīæ deiecit asserēdo minime hoc forē possibile cū si ita esset nec in melius nec in peius labi posset, Et ipse Aug. dicit si hoc esset deus multarum aīarum formatione laceraret. Et isdē ꝯ eos libro de fide ad Petrum. Nō unius nē possunt esse q fecit & factū, Verum opinio Manichæorum fuerat (ut ipse Aug. in libro de duabus animab⁹ dixit) in homine duas aīas reperiri, una qdē q̄ ad bona inclinat q̄ nūq̄ facere pōt mala, & ē de dei sub̄a Alia uero q̄ inclinat ad mala q̄nūq̄ pōt facere bona. Et hoc credo dixere cū hō aliqñ benū, aliqñ malū opat̄, nec id idē deū fecisse credat̄. Si anima ipsa de dei esset sub̄a. Quē q̄tū impia sit, q̄cq intueri pōt ꝑmū qa ponit deū creatorē, omī ūcq factorē alicuius rei creatæ mām fore, cum ponat eam de dei sub̄a fieri. Exquo ēt seq̄retur in uno subiecto duo opposita inueniri, dū ponat aīam a deo eē factam, & de diuina fore sub̄a cum idem esset faciens, & factū, creans, & creatum qđ absurdū ē dicere. Ex istorum ēt sn̄tia seqt̄ in uno homine, ac composito duas repiri intellectiuas aīas

& p ꝯñs duas ſubales,ac pfectas formas qđ di cere boni phi abhorrent,cum uniꝰ rei,unica ſit forma ſubſtanialis. ¶Iſti tñ ut hoc dicerent in aliũ grãdiorẽ errorẽ inciderut qa poſuerunt deum nobiliſſimũ eẽ corpoꝝ eoꝝ nullã ſubam in corporeã ponebãt,qđ ẽt omniũ erat principiũ qđ dicebãt aliq eẽ aerẽ,aliq ignẽ,aliq aliud corporeũ.Nã hoc aſſerer̃ auſi sũt cũ illoꝝ antiquoꝝ opinionẽ ſequnť q inter sẽsũ & intellectũ diſtinguere neſciuerũt, q tñ dixerũt nihil eſſe in mũdo,niſi qđ ſenſu,& imaginatione,aphendi põt. Et qa ſub imaginatione nõ cadit niſi corpus nullũ eẽ ens extimauerũt niſi corpus,ut habetur ab Ariſtotil: 4. phoꝝ de qua tñ sñtia ſaducei fuere,q nullũ eẽ ſpiritũ dixer̃.Sʒ qa intellectꝰ altior ſenſu,rõnabiliter aliquas res incorporeas ponũt ſolo intellectu ꝯphenſibiles,ſʒ de hoc alias.Q r̃ tam iſti q̃ Manichæi deũ quãdã lucẽ corpoream p infinita ſpacia diſtenſam eẽ dixerũt cuius quãdã particulã aĩam humanã eẽ dicebãt.Et iõ eam de dei ſuba ponebãt.Quæ tñ opinio q̃tum in errore fundeť percipi põt primo ponendo deum eẽ corpꝰ,nec nõ aĩam intellectiuã,ac nullã reperiri ſubam intellectualẽ.Quoꝝ omuiũ oppoſita lʒ omnibus nota ſint p eoꝝ tñ maiori ꝯfuſione eoꝝ falſitatem pbare decreui,Et primo pbabo deũ nullo pacto eẽ qd corporeũ.Cũ deꝰ ſit actꝰ purus,& certũ ẽ deũ eẽ æternum,& quod æternum ẽ neceſſe ẽ ipſum minus eẽ in potẽtia quod pbo.Quia id inquo aliqd admiſceť potẽtiæ poteſt ſ̃m illã potentiã nõ eẽ qa qđ habet poſſibi-

litatē essendi hʒ & possibilitatē nō essendi. Sʒ di
xim⁹ deū eē æternū,ḡ in eo nō est potētia ad esse
ḡ semp est,& qđ semper ē,act⁹ ē,ḡ de⁹ act⁹ pu/
rus ē. Qđ pbo Vnūqđq; inq̄tum ē actu,sic na/
tum ē agere,ita in q̄tum ē potentia natum ē pa/
ti cū mot⁹ act⁹ ē in potētia exñs, Sed de⁹ oīno
passibilis,immutabilisq; ē,ut nulli dubium est ḡ
nihil hʒ de potentia passiua dico sʒ omne quod
non hʒ potentiā passiuā ē actus,ḡ deus est actus.
Sʒ qđ actus est purus,nullam hʒ cōpositionem,
nec actus,& potentie:nec generationis,& diffe/
rentie,nec mē,& formæ,nec esse,& essentiæ,ḡ
deus nulā includit cōpositionē, Sed omne corp⁹
ē cōpositum cum sit ꝯtinuum,& partes hñs q̄re
deus aliquā cōpositionē nō hñs corp⁹ nō ē. Qđ
q; ēt pbat̄.qa id quod primū ēns ē,necesse ē eē
in actu & nō in potentia lʒ.n.in uno,& eodē qđ
exit de potentia in actū pri⁹ sit potentiā q̄ actus
tempore simplr tñ act⁹ prior ē potētia,qa qđ ē
impotentia nō reducit̄ ad actum,nec per ens in
actu. Sʒ deus ē primū ens,ḡ impossibile ē ī deo
aliqd eē impotentia,sʒ omne corpus ē impoten
tia quia cōtinuum inq̄tum huiusmodi ē in infi/
nitum diuisibile quare cōcludēdum ē deum nō
eē corpus,nec quid corporeum,ut isti asserunt.
¶ Hoc ēt pbat̄ quia nullum corp⁹ mouet̄ nisi
sit motum,sed deus ē primum mouens immobi
le ḡ deus corpus nō ē. Quod sic deduco in omni
motu sempiterno opʒ q; id quod primum mo/
uens ē nō moueat̄ nec p se,nec p accidens,ut ha
beri uł ex 8. phicoꝝ. Corp⁹ aūt Cœli mouet̄ lo/

caliter motu sempiterno,ğ primus eius motor nec pse nec p accidés moueať. Nullű uero cőp⁹ localiter mouet, nisi moueať,eoꝙ op3 motű,& moués eē siml,et sic corp⁹ moués moueriop3 ad hoc ꝙ sit simul cum corpore moto,hoc habito. Nulla ēt uirtus in corpore mouet,nisi moueať, qa uirtus corporis p accidens moueť ad corporis motű quare primus cœli motor nō ē corp⁹, nec uirtus in corpore ad quē tñ motorē ultimo reduciť motus cœli sicut ad primű mouens immobile qđ deus ē,ğ deum corpus eē nō dicim⁹. Quare ğ sileant isti asserere deű sempiternum actu purissimű eē corpus,aut quādā lucē corpoream p infinita spacia distentam.Et iō postą̄ his rōnibus ꝓbatű ē deű minime eē corpus,qđ fm eos aīam ēt corpus eē seqreť,facile pateř potest aīam nec de dei eē suba ꝓductā.Et si ad hæc dicať nil ad ꝓpositű q̄ hæc tradita sunt cum hæc pñs mā nō requirat.f.hic declarasse deű non eē corpus,& hac de causa aīam de eius non eē substātia.Respondens dico hæc dicta sunt. cum oīa hæc ex illoꝝ sentētia sequnuť,eoꝙ si qs recte ꝑspexerit ipsi ponűt deű aīæ eē mā3,si de eius essētia seu substantia ꝓcederet.Et sic p ꝯñs de⁹ corpus esset,& iō huius sentētiæ falsitatē ostēdim⁹. Nunc uero ꝓbabo aīam ipsam de ipsius dei nō eē substātia,eoꝙ multiplici differentia deus,& creatura differunt.Immo sunt quas decē differentiæ,q̄ tñ oēs ex dictis nunc paulo añ habitis haberi possunt,nihilo min⁹ pro maiori declaratione eas ad pñs pono.¶ Differunt ğ primo qa

deus ē immobilis creatura uero mobilis, & per ꝯñs aīa q̄ creatura est. Vult .n. Phus 8. phicoꝝ. Omne quod mouetᷓ ab alio mouetᷓ, eoq̄ in mouentibus, & motis non est ꝓcedere in infinitum & ideo ueniendū ē ad aliquod omnino immobile hoc aūt deus ē q (ut Phus asserit) immobilis ē per se, & ꝑ accidēs, & ab intra, quod ēt sacra scriptura ꝑdicat, ut habetᷓ Malachias 3.c. Ego deus & nō mutor, & iacobus asserit. Aput quē nō ē trasmutatio, ḡ de⁹ ē omnino īmutabilis, et ꝑ ꝯñs immobilis aīa uero mobilis est, cum mutari pōt ad bonū, & ad malū, qđ efficeretᷓ nō posset, si ex diuina fieret substātia q̄ omnino est immobilis ℂ Secūdo differunt qa deus etern⁹, aīa uero nō æterna, qa & si poneremus ipsā eē æternam ut non nulli phi posuerunt non tñ ꝑꝑ hoc ea æternitate mensuratᷓ sicut de⁹, q pura, & simplici æternitate mensuratᷓ, & sic aliqđ nouum ī ipso seu in eius essentia eē non pōt, qa tunc non esset æternus, aīa uero si ex eius essentia ꝓducitᷓ ut ipsi dicunt, aliqd noui ponit, & sic per ꝯñs nō mēsuratᷓ simplici, & pura æternitate sicut de⁹ ḡ nō d æ eius subā ꝓducta ē cū aliquod nouū non pōt ꝓduci ab aliquo æterno. ℂ Tertio differunt qa deus actus est primus teste cōmentatore 10. methaphisice asserēte deus ē actus purus, cui nō ad miscetᷓ aliqd de potentia, ꝑꝑ qđ impossibile est de nā diuina ꝓduci aliqd hñs ad mixtā potentiā, qa tūc diuina nā nō esset āctus purus aīa uero potentiā includit ḡ nō est de eius essentia, seu substantia. ℂ Quarto differunt qa de⁹ cau-

sa est uñis omniū,aīa uero minime cū cāta sit,& causatū nō pōt ad æquari causæ,qđ esset si de diuina essentia ꝑduceret.❡ Quinto differunt qa deus ē artifex oīa agens uolendo,& intelligē do,aīa nero ē qd artificiatū,& si oīa intelligit nō eo mō sicut deus,q se intelligendo oīa intelligit. sʒ successiue intelligit.❡ Sexto differunt qa de⁹ ē simplr immālis,eoq́ actus purus ē q semp pꝑ fectionis,& formæ rōnē habere uř,aīa uero insē ꝯsiderata purus actus nō ē:cū includat potētiam & potentia includit rōnē impfectionis,& mate/ riæ,large tñ mā ʒ accipiēdo,eo mō sicut de ea lo quiť auctor de causis dicens,ꝙ intelligentia hʒ suū Ilechim.i. suū māle deus aūt hoc excludit ğ aīa ex eius essentia nō ꝑduciť.❡ Septimo diffe runt qa deus est simplr simplex oēm cōpositio/ nem excludēs(teste boetio) dicente ipsa diuina essentia ē uere unum ubi nullus ē numer⁹,ut pu/ ta cōpositionē faciens,aīa aūt aliqua cōpositio/ nē includit,ğ nō ē de eius suƀa.❡ Octauo diffe/ rūt qa de⁹ ad oīa cōparať sicut lux ad tenebras, sicut diciť de⁹ lux ē,& tenebræ in eo nō sunt ul læ,Aug.uero 2.sup geñ. uult ꝙ act⁹ habeat rōnē lucis,& potētia rōnē tenebraꝝ,Anima uero ali/ quas hʒ admixtas priuationes eoq́ potētiā inclu dat,ğ tenebras ğ de diuina suƀa fieri non potest ❡ Nono differunt qa deus ab aīa uideri nō pōt in uia,& in prima nō ni p gratiam inq̄tum deus ei uidere permictit nō aūt ƒm oēm suæ lucis cla/ ritatem(ut habeť Thimothei 6.) ꝙ deus lucem habitat in accessibilē,quā nullus hominū uidit,


ꝫ nec uideṙ põt,aĩa uero uideri põt,q̃a a deo uṙ. cũ oĩs creatura a deo uisibilis sit,ut habeat hebre oꝝ 4. Et nõ ẽ ulla creatura inuisibilis inconspe/ ctu ei⁹,& seqṙ oĩa aũt nuda,& apta sunt oculis eius ḡ seqṙ ꝙ aĩa nõ ẽ de eius,subã.¶ Vltimo di fferũt q̃a deus infinitus ẽ,aĩa uero minime. De⁹ aũt solus infinitus ẽ,q̃a actus limitatus ꝑ potẽtiã nõ ẽ,nec potentia ꝑ actũ perfecta ẽ,nec q̃d cõpo sitũ ex potẽtia,& actu,& iõ ĩ deo ĩfinitæ ꝑfectio nes sũt q̃ de re a Dionisio 11.de diuinis nomini bus,infinitoꝝ nominũ ipse uocaṙ.Et Aug.8.su per geñ.numeꝝ sine nomero uocat,aĩa uero ta lẽ infinitatẽ habere non põt cũ infinita non sit, q̃a si est intelligibilis in infinitũ hoc nõ ni succes siue ẽ,& tñ potẽtiã includit q̃ oĩa in deo non sũt Qua de re cũ deus infinitas in actu perfectiones ꝯtineat,nullũ perfectibile ex eo fieri poterit quia tũc aliq̃ ꝑfectio ei deficeṙt & sic ꝑ ꝯñs aĩa ex ei⁹ substãtia fieri d̃d̃m non ẽ.q̃re taceant,hoc ut di cant tãq̃ ab omni ueritate alieni.¶ Errãt ẽt dicẽ re aĩam humanã ipsius corporeæ lucis eẽ parti/ culã,& per ꝯñs corpus, ꝯ̃ quos ẽt ita arguaṙ.Et lꝫ in supiori q̃stione cũ disputauimus,an aia edu cta sit de potentia mẽ,ut aliæ formæ gñibiles, & corruptibiles c.3. ꝑ me ꝓbatũ fuerat aĩam nul/ lo pacto eẽ corporeã ut ibi uideri põt,tñ ad pñs iteꝝ aliis rõnibus id idẽ istoꝝ ꝯfusione ꝓbare ĩ tendo.Si.n.aĩa esset corpus tũc ipsa ex mã,& for ma esset cõposita cũ corpus omne nãle cõpositũ sit ex mã & forma ꝫ aĩa nullo pacto cõposita est ex mã ḡ aĩam non dicimus esse corpus,hui⁹ aũt

argumẽti minorẽ ita ꝓban.⁹ aĩa.n.ĩtellectiua ni/ hil cognoſcit niſi id a mã abſtrah: ꝭ qa omne co gnoſcẽs ĩ actu cognoſcit ſꝫ modũ cognoſcẽtis eoꝗ ſit ad ſimilatio cognoſcẽtis ad cognoſcibi/ le,et e ꝯ ḡ ad hoc,ꝙ aliq̃d intelligaꝭ,neceſſe ẽ ꝙ abſtrahaꝭ a mã,ḡ ad hoc ꝙ aliq̃ potẽtia ĩtelligat neſſe ẽ ꝙ,ſit p nãm a mã ſeparata qa omne intel ligẽs intelligit ſm nãm intelligibilis,et omne re cipiẽs ẽ de nã recepti(ut habeꝭ 3. de aĩa)Sꝫ om/ ne qđ intelligiꝭ ẽ abſtractũ a ꝯditionibus mãli/ bus q̃ ſunt hic & nunc,ḡ aĩa ipſa intelligens de/ bet eẽ remota,et abſtracta a mã quaꝛ aĩa ipa nul lo pacto ꝯpoſita ẽ ex mã Si nõ ꝯpoſita ex mã ḡ nec corpus ut iſti aſſerunt.Et lꝫ ſꝫ S.Bon.in 2. ſentẽtiaꝝ diſtin.17.q.2. in aĩa ponaꝭ aliqđ prin cipiũ mãle,& intra ſe fundamentũ ſue exiſtentie cũ ſit hoc aliquid,& ꝑſe nata ſubſiſtere,agere & pati mouere & moueri &c. & hꝫ principiũ for/ male a quo hꝫ eẽ & principiũ mãle a quo hꝫ exi/ ſtere nihilo tñ mã illa ſeu principium illud mãle ſubleuatũ ẽ ſupra eſſe extenſionis,priuationis,& corruptionis quare illa mã ſm eum diciꝭ ſpiri/ tualis.lꝫ aliter ſentiãt. Doctor ſanctus & Aug.q tñ Aug.dicit 7. ſuper gẽñ. ad literã Qđ aĩa nõ ẽ facta nec ex mã corporali nec mã ſpirituali,ſꝫ de hoc alias,ſed illi non intellexerunt de hac mã (.ſ. de princicio mãli,q̃tum ed eẽ extẽſionis) ad quã ſtat reſolutio pħica,exqua ꝯſtat corp⁹,ut ex eoꝝ dictis patere põt. Si quis ea ꝯſideret,quaꝛ di cendũ ẽ ãnimam ipſam nullo pacto eſſe corpus.

¶ Preterea hoc idẽ ꝓbatur Non .n. quod cunꝗ

operationis uitalis principiũ ẽ aĩa qa sic oculus esset anima qa oculus ẽ quoddã uisionis principium & ita dicendũ ẽ aĩæ instrumẽtũ. Sꝫ primũ principium uitæ est aĩa. Et lꝫ aliqđ corpꝰ põt eẽ principiũ uitæ nõ aũt dicitur esse primũ principiũ & iõ nõ ẽ cor primũ principiũ uitæ ĩ aĩali, q̃uis sit principiũ. Quare dicimꝰ ꝙ principiũ esse uitæ uel uiuens non ꝯuenit corpori ex hoc quod corpus ẽ, qa si ita esset omne corpus esset uiuẽs aut principiũ uitæ, sꝫ ꝯuenit alicui corpori ꝙ sit uiuens uel uitæ, ꝑncipiũ ꝑ hoc ꝙ tale est corpꝰ. Quod aũt ẽ actu tale hꝫ, hoc ab aliquo ꝑncipio qđ eius actus dicitur ğ aĩa q̃ est ꝑmum ꝑncipiuꝫ uitæ corpus non ẽ sꝫ actꝰ corporis, ut uideri põt de calore q quidẽ lꝫ sit ꝑncipiũ calefationis non est corpus sꝫ corporis actus quare isti male sentiunt hoc ut dicãt. ℭ Ampliꝰ hoc idẽ ꝓbaẗ. Hõ ꝑ intellectũ cognoscere põt omniũ corporũ nãs illud qđ aliqua cognoscere põt opꝫ ꝙ non hꝫ aliquid eoꝝ in sua nã, quia qđ sic nãliter in esset alioꝝ cognitionẽ ĩpediret, si ğ ꝑncipiũ ĩtellectuale in se alicuius corporis nãm haberet oĩa corpora cognoscere non posset. Sꝫ omne corpꝰ hꝫ aliquã nãm determinatã, ğ impossibile ẽ ꝙ intellectuale ꝑncipiũ corpus sit, ğ aĩa ipsa corpus nõ est. sꝫ pocius dicimus eam eẽ aliqđ in corporeũ ꝑncipiũ. ipsi aũt & multi alii phi imaginationeꝫ istã trãscendere nõ ualẽtes, res oẽs corpora esse dicebãt, & qđ nõ erat corpꝰ nihil erat (ut inferius latiꝰ declarabiẗ) Q̃ ĕ ğ his quas diximꝰ rõnibus eos exortamur, ut talia dicere non audeant.

CAPITVLVM DECIMVM NONVM
in quo uerissimis rõnibus traditur rõnalem aĩa3 de dei substantia minime esse productam.



Ostq̃ eoꝝ opioionem firmissimis rationibus reprobauerã,ad huius rei ueritatẽ ostendẽdã deuenio,ꝓ bando tñ nullo pacto rationalem aĩam de dei substantia,ac nã fore
1 ꝓductã,& factã.¶ Veniat ğ nra pma rõ,si hois anima ex dei substantia facta esset,tunc q̃ro,aut esset intelligendũ esse de toto deo,aut de ei⁹ par te.si ꝑ aduersarios de parte dicatur.seq̃retur de um eẽ cõpositũ,ac partẽ,& partẽ habere,quod falsum ẽ dicere deũ.s. habere partes,cũ sit sũme simplex,& actus purus in quo nulla cadit cõposi tio,ut supra declaratũ ẽ.Si aũt ꝑ ipsos de toto di catur cũ deus immẽsus sit,& infinitus seq̃ret cu iuslibet hominis aĩam esse immẽsam,& infinitã & sic hõ sicut deus esset omnipotens qđ ridicu
2 lũ est diceř.¶ Præterea ex quo aliquid fit aliquo mõ mutať,de⁹ aũt omnino immobilis ẽ(ut dixi) ac immutabilis ergo impossibile est aliqd ex eo fieri,quare impossibile est aĩam ex sui substãtia esse factã.¶ Adhuc arguitur tm̃ esset diceř aĩa3
3 eẽ factã de dei nã,uel substãtia,q̃tum deũ eẽ ho minis partem,qđ ꝓbo,Si aĩa est de dei substan tia,cum aĩa sit corporis pars,hõ aũt componitur ex corpore,& aĩa ergo deus esset pars hominis, nec non ipsum ad hominis ɔstitutionẽ perueniř s3 omnis pãs est ignobilior toto,ergo deus esset

ignobilior homine, qđ ineptũ, & absurdum est dicere, qa nil ueritatis eo℞ opinio tenet. ℂ Am/ 4
pli⁹ iã dictũ ɔſt ſupius deũ eẽ actũ pu℞ ĩ puro a/ctu nulla potẽtialitas ĩuenit, ut ia3 hoc ſupi⁹ ꝓbauim⁹, ſ3 humana aĩa ex actu & potẽtia, cõponit cũ in ea intellect⁹ poſſibilis repiat q ad oĩa intelligibilia ĩ potẽtia ẽ ut habet 3. de aĩa repit q; in/tellect⁹ agẽs q ẽ actus qđ đđ3 ẽ aĩa3 humanã ex dei ſubſtantia non eẽ, inqua talis cõpoſitio nõ cadit ℂ ꝑꝑ ſi ꝑ te ex diuina nã aĩa ẽ, tũc qro, aut h3 aliq formã ſup inductã illi nẽ ex q̃ ẽ, aut nullã, ſi nullã, ergo nec facta, nec a deo diuerſa ẽ, qđ ſu/pra imꝓbatũ ẽ. ſi uero aliquã ĝ diuina nã ẽ ip/ſius aĩæ mã. Sed mãle principiũ alicuius eſt imp fectũ, eo cui⁹ ẽ pncipium ĝ ſeqtur deum eẽ imp fectũ & incompletũ ꝑ nãm qđ audire pudet.
ℂ Preterea diuina ſuba ut patere poteſt ex dictis omnino impartibilis eſt, quade re anima ex eius parte & ſubſtãtia eẽ non põt, ergo tota dei ſuba eſſet aĩa, ſ3 hoc ſupra imꝓbatũ eſt deũ. ſ. dicere ab aĩa non differre ergo nihil dicunt. Tum quia cũ de⁹, un⁹ ſit, tunc aĩa una eſſet qđ dicere nõ debem⁹ ut in ſequẽti tractatu uidebit. ℂ Præterea ſi aĩa ex dei ſubſtãtia eſſet tunc ſeqretur hoc maximum inconueniẽs diuinã ſubſtantiã, maliciari deprauariq; qđ ꝓbo, Nã aĩa deprauat, qa pec/care põt, & peccat ergo de⁹ peccar poteſt & peccat, Si ue℞ eſſet qđ iſti dicunt quare aĩam ex dei ſubſtãtia eſſe non dicim⁹. ℂ Amplius ĩ aĩa apparet uariatio ꝫ uirtutẽ, & ſciã3 & ignorãtiã de⁹ aũt & ꝑ ſe, & ꝑ accidẽs inuariabilis ẽ, ut ĩ ſupio

ribus dictũ ẽ atq; ꝓbatum,ꝙ aĩa de diuina subã eẽ non põt. ¶ Praeterea si aĩa esset a deo aut esset p gñitionẽ,aut p inspirationẽ. si aũt pmo mõ di catur,cũ non nisi uerbũ a deo ꝓcedat aĩa ꝙ esset uerbũ,& p ꝯñs dei filius si aũt 2. mõ Tũc aĩa eẽt S.S. cum ipse adeo p inspirationẽ ꝓcedat ꝙ quo pacto esset hominẽ seqret esse deũ.His ergo rõ nibus authoritate Aug.addam⁹ q in libro de ori gine aiae.q dã enumerat q dicit multũ eẽ a pteq; puersa,et fidei catholicae aduẽsa.iter q pmũ ẽ,ꝙ q dã dixerũt deũ aĩaꝫ nõ de nihilo,sꝫ de se ipo fe cisse,non mirũ ẽ ergo istas sine dubio haereticos nuncupari.

CAPITVLVM VIGESIMVM INQVO ad obiectiones aĩam de dei substãtia eẽ fa ctam probantes respondetur.



Vnc aũt eorũ rationibus responde re mihi uisum ẽst.Qua pp ad eo rum primam authoritatem ita re spondemus, dicẽdo(ut saepe sepi⁹ dictũ ẽ)ꝙinspirare idẽ est,ꝙ spiri tum facere,& factũ corpori insinuaẽ,& nõ ẽ ac piendũ corporaliter.ꝗuis hõ cõporaliter spirãs nõ emittat aliqd de sua substãtia.sꝫ de nã extra nea,Et qñ dicim⁹ insufflaẽ ẽ flatũ hominis face re.& factũ corpori infundere.Qr sicut qñ deus ꝓduxit res cũ dixerat fiat lux & caetera q primo Geneseos habeẽ,ibi mãlis uox nõ fuerat,ita qñ insufflauit nõ fuit mediãtib⁹ faucib⁹,& corpo ralib⁹

alibus instrumentis, Qua de re illud de Ioanne 20. nō ualet suffleuit, & illa insufflatio ē spiritus sancti sanctificatio, & ostensio processionis.

¶ Vel ad hcc Respondet, & melius dictū. Moses glosando spirauit in faciē eius spiraculum uitæ, ꝙ nō ostendit hominis aīam aliqd eē diuinæ substātiæ, cū ita intelligendo ideo esset multa ponere mala, q̄ in ipso poni non possunt: quare hæc similitudo cuiusdā imaginis imꝑfectæ, q̄ alicuiꝰ substantialitatis indicatiua ē. Qđ uideri pōt qñ subdit ad imaginē dei hominē eē factum. Qua pp talis spiratio ẜm quādā similitudinē uitæ, ꝓcessum adeo in hominē demostrat, non ẜm substantiæ unitatem, quare spiritus uitæ in fatiem dicitur spiratus, quia cū in tali parte corporis puta in fatie sēsuum organa plurū sita sint, uidet ꝙ euidentius in fatie uita mostrat. Qua de re dicimus deū inspirasse in faciem eius spiraculū uitæ, qa homini spiritū uitæ nō ex sui substātia decidēdo dederat. Vnde qñ dicit, ꝙ i sufflatio seu inspiratio rei diuersæ eē non pōt: dico ꝙ sic ut exemplo uideri pōt ut si qs aerē in alicuius faciem impellit aliquem sue substātiæ partē ī ipsū non emictit ita đđ m ē, si inspirauit, seu insufflauit in faciē eius spiraculum uitæ, nō ꝙ ex sui substātia aliquid micteret, sʒ ē ibi quedā methaphora quare responsū eđ ad eoꝝ primam authoritateʒ q̄ male ac pessime intellexerūt. ¶ Ad eoꝝ secundā authoritatem ita respondemus, g[e]nus dupliciter sumi uno mō proprie, alio mō large si uero accipiat primo mō, sic dicunt aliqua in

Mosis dictū

genere conuenire, q̃ in aliqua forma & nã cõmu ni conueniunt. Si uero accipiaẽ 2. mõ, sic aliqua igne conuenire dnr, in quibus aliqua est conue nitẽia spiritualis ẽm anologiæ ſitudinem. Qua
Aug. 12. de trint. pp dicit Aug. 12. de Trinitate, ꝙ aĩa cognoscit inquadam luce sui generis, & illã lucem uocat in creatam, quã dicit eẽ sui gñis, quia est spiritualis sicut aĩa. & hoc mõ uerbũ Apli intelligiẽ, uel di cimus concedẽdo hominẽ eẽ de gñe dei, ratione aĩæ, nõ ꝙ ipã facta sit de dei nã, etsba ſʒ qa facta
Eccl. ẽ ad dei imaginẽ. ❡ Ad 3. authoritatem ita dica mus ad testum 18. Eccl. ꝙ sicut resolutio ẽ, dõ ꝑ uentum est ad trã, sic mutabilitas aĩæ est qñ ei ꝯiungiẽ ẽm quẽ facta est. In solo .n. deo inueni tur per spũm qetem, & iõ Salomon dicit noluit ꝙ spũs reddeat ad deũ p corruptionẽ sicut cor pus intrã, ſʒ simili deo est, q̃tum ad qetationẽ Qr authoritates ꝑdictæ nil ad eoꝝ intentũ faci
Dionisii authori. unt. ❡ Ad 4. authoritatẽ .s. Dionisii, dicimus ꝙ Dionisius intellexit, ꝙ oẽs creaturæ & potissime creatuẽ intellectuales, ĩter quas cõputaẽ aĩa hu mana participant essentiam diuinã nõ in se, .s. ꝙ illa diuina essentia q̃ est simplex & indiuisibi lis diuidatur p frustra uel per partes, ſʒ p quãdã simĩtudinẽ ꝑut .s. ipsi diuinæ essentiæ participa tiue assimĩaẽ, & in paritate æquanẽ, & sic nõ se qtur pp hoc ꝙ sit facta de suba dei. ❡ Ad rõnẽ ꝑ primã dico, ꝙ nõ ualet argumẽtũ, & cũ diciẽ ꝙ q̃cunq; sũt & nullo mõ differunt sunt idẽ ꝯce dendũ est. Sʒ deꝰ & aĩa sunt & nõ nullo mõ dif ferunt negandũ ẽ. Et qñ arguiẽ ꝙ oporteret ꝙ

aliquibus differentiis different,& sic essent cõposita, dicaẽ illud eẽ falsum qa multa sunt q̃ nõ differunt differentiis,sȝ se ipsis(ut dictũ ẽ respõdẽdo ad ultimũ argumẽtũ,dũ de Pythagoricoꝝ argumẽtatione loquuti sum?) ibi ĝ uideri põt, pro maiori tñ declaratione notãdũ ẽ,ꝙ differẽs ꝓprie acceptũ aliquo differt.Nam ibi differẽtia quæriẽ ubi ꝯueniẽtia ẽ.Qua ꝑꝑ opȝ aliquo mõ differentiã eẽ cõpositã.cũ in aliquo differant,in aliquo tñ ꝯueniant,tñ ẜm hoc lȝ omne differẽs sit diuersũ non tñ e ꝯ.i. ꝙ omne diuersũ sit differens , ut habetur 9. methaphisice,quia simplicia diuersa sunt,& tñ nõ differũt differentiis, cũ eas non habeant,sȝ se ipsis diuersa sunt. Quare ꝯcludendũ ẽ,deũ & animã non eẽ idẽ , lȝ sint differẽtes,ac se ipsis diuersa,& nõ aliqua differẽtia,quare eoꝝ argumẽtũ nihil ꝯcludit.¶ Ad secũdã uero rõnẽ ita dicaẽ,rõnẽ illã non ꝯcludere rõnales aĩas ex deo fieri,et rõ ẽ,qa ex quo corporalia fiunt,respectu illoꝝ q̃ fiunt ens ẽ in potẽtia cũ sit mã prima q̃ ẽ pura potẽtia in se,sȝ deus respectu nullius impotẽtia eẽ põt,quare nõ ualet similitudo,qa corporalia oĩa ꝓducunẽ ex aliqua mã,q̃ ẽ in omnibus corporalibus una,ĝ pari rõne debent spiritualia,ex aliqua mã spirituali(q̃ ĩ omnibus spiritualibus sit una)duci,quia talis mã spũalis non ẽ in potẽtia ad spũalia illa,quare nõ seqẽ ꝙ spũales subæ ꝓducantur de diuina subã quare eoꝝ rõ nulla.¶ Ad tertiũ uero eoꝝ argumentũ respõdeo,ꝙllȝ aĩa ẜm suã essentiã forma sit simplex,tñ ẜȝ eẽ ẽ ens ꝑparticipationẽ nec ẜȝ

suũ eē ē simplex, & actus, iō non ē dicendũ, ꝙ sit actus purus sicut deus q quidem est sũme simplex ſm omnē ꝯsiderationē, quare non ualet eoꝝ argumentũ, ꝙ aīa ē forma & actus, ḡ ē actus purus ſ3 qđ soli deo ꝯuenit, ḡ aīa ē de dei suba, iō nihil dicũt. ¶ Ad quartũ đđm ꝙ de aīæ in mortalitate, utrum sit immortalis, et quo mō ē imortalis, ĩseq̃nti q. seu tractatu inquo de ei⁹ im̃ortalitate loquar pleni⁹ dicet̃, tñ ad hoc ut eoꝝ rō r̃manet nulla, ad argumẽtũ ita dicam⁹: ꝙ im̃ortalitas dicta de deo p nā3, hoc mō ĩtelligit̃, ita eē et nā, ꝙ ꝑuat oē3 gr̃a3, qr̃ dr̃ sibi ꝑ ꝑuationē toti⁹ gr̃æ, & ut uult. S. Boñ. di. 17. q. 1. siue gr̃a dicat aliqd sup additũ nē, siue dicat gratuitā ĩfluētiā p q̃ ꝯseruatur nā sec⁹. n. đđ3 ē de aīa, q̃ qdē, nũq̃ pmanert & si apta, seu idonea sit de sui nā ad ꝑmanēdũ, nisi p gratuitā dei influētiā ꝯseruar̃, q̃ dere immortalitas ē a deo p gr̃am, iō eoꝝ argumētum nihil ꝯcludit. ¶ Ad eoꝝ ultimā rōnē dicimus similitudinē de luce spũali, & corporali nō ualer̃. Cũ lux corporalis posset in diuersis corporibus reperiri, ut perfectio, & hoc ē eoꝝ forma omnino simplex non ē ſ3 apta nata est ꝯiungi mē. sed lux spũalis q̃ de⁹ ē cum simplicissima sit diuersa rum reꝝ naturaꝝ pfectio eē non pōt Et cũ ipse deus lux omnipotentissima sit pōt facere lucem creatā, ac ꝑducer̃ aliquo mō sibi ꝯforme3, q̃ sibi non sufficit postq̃ ꝑducta ē, nisi & adsit sum̃a lucis influentia, Qr̃ lucē qdē spũalē in aīa humana eē hoc mō intelligēdũ ē, ꝙ lucem habet prorsus creatam, q̃ ꝑducit̃ & cõseruatur ab æterna luce

Sāct⁹ Boñ. dist. 17. q. 1.

(ut dictū ē)lō si qs bñ ꝯsiderat q̄ dicta sūt,iaꝫ ꝑ,cipet,nil eos i eoꝝ dixisse dictis qr̄ eoꝝ fatuitate (gaudeāt.

CAPITVLVM VIGESIMVM primū in quo recitanť opiniones de rōnalis aīæ ꝓductione an .s. ex preiacēte mā ꝓducatur.



Nducta .n. ac ꝓbata ueritate aīaꝫ ipsam intellectiuā nullo pacto ex dei eē substātia,necessariū mihi uisum fuit,an ipsa ex p̄iacēte mā ꝓducta fuerit assereŕť.Sꝫ qa aliqualiter hanc difficultatē in p̄terita q̄stione p̄teritoq; tractatu,in quo an aīa ducať de potentia materiæ locutus fui, in hacq; simlr supius aliq̄liter tetigi,iō in p̄nti parte de re hac,quo ad posſum,breuis loquar Nā certū ē multi p̄hi antiqui circa talis aīæ itellectiuæ ꝓductionē diuersificati fuere qbus non nulli (ut iam dixerā) ad hæxerūt hæretici.Et certū ē,ipsos nō.solū errasse circa aīæ ꝓductionē.sꝫ simlr circa oēs intellectuales subas,immo & circa primā q̄ deus ē.In hunc .n.errorē deuenerūt (ut sæpe sæpiꝰ supiꝰ dixerā)qa inter intellectū & sensū distinguere nesciuerunt. Qr̄ nihil immundo eē dixerunt nisi qď pōt appræhēdi sensu & imaginatione cū hoc.n. corpus sit.nullū ens eē nisi corpus extimauerūt. Qua pp deū dixerunt qď dā eē corpus qď aliorum corpoꝝ iudicabāt eē principiū.Et qa posuerāt aīam rōnalē de illius corporis natura eē qď principiū eē dicebāt(ut habeť diffusiꝰ 1. de aīa)

ausi sunt dicere aiam ꝓductā eē ex piacenti mā & hoc(ut dixi)pp intellectus & sēsus in distinctionē quā ponebāt ipsos idē facientes:nec non nesciebāt intellectu ꝯtingere ad spūaliū substantiaꝝ gradus distinguēdos,nisi ƒ3 corpoꝝ distinctiones,quæ aūt opiniones l3 insuperioribus capl'is p me reꝓbatæ sit,nihilominꝰ ꝓ maiori cōfusione insequtibus capl's diffusius reꝓbabo, ponēdo tñ diuersos gradus spūaliū substātiaꝝ.

¶ Moti.n.fuerūt illi patres hoc ut dicerēt intellectū .f. & sensū eē idē.qa i utrisq; aīa iudicat aliqd & cognoscit eoꝝ q̄ sunt.Quæcūq; ḡ eiusdē potentiæ sunt actus ipse eædē sunt:s3 intellectus & sensus tales sunt,ḡ sunt eædē potentiæ.Cū.n. antiqui hoc dicebant,& maxime ꝙ sapere,& sētire idē essent(ut Empedocles dixit) Ideo ipsos eosdē esse posuerunt,q tñ hoc ꝯfirmabant tali rōne:uolūtas.n.& desyderiū nō augenť,nisi ex aliquo ꝯgnito per intellectū & sensū,& nō augētur nisi ad pñs,ḡ pñs ē cognitū p intellectū& sēsum,S3 pñs ē singulare ḡ singulare est cognitū ab intellectu & sensu: s3 respectu unius cognoscibilis nō sūt diuersi modi specie cognoscēdi,ergo eadem cognitio erit sensus & intellectꝰ. (margin: rō ātiquoꝝ)

¶ Hoc ēt ꝯfirmabāt Homeri sentētia q retulit, ꝙ talis est intellectus in terrenis hominibus qualem dedit In diæ pater uiroꝝ deoꝝq;,& ip̄e appellabat deos planetas q a sole illumināťur.Et solē appellabat patrē in die aūt sol qui ducit lumē corporale:corpora ap̄hendens est sensus:ḡ si ita est intellectus est sensus.Qua de re dixerunt idē (margin: Homeri sentē.)

eē ſenſum & intellectū tūc aūt ad nr̄a reuertentes dicimus q᷒ multi ph̄i circa talē aīæ ꝓdutionē aliter & aliter ſentierūt illā excellētis ꝯſtare dicētes. Democritus.n.dixit aīa3 eē ignem quēdam, quā ſentētiā affirmaſſe fert (ut ab Ariſt. habet i libro de uita & morte) Heraclit? q dicebat deos oēs ex igne eē: et ex igne uniuerſa coſtare: & aīa3 fauillā eē ſtillātis eſſentiæ. Q d̓ ēt (ut habet a Cicerone libro primo Tuſculana ꝗ) leuſippus Democriti collega, & Zeno ſtoycus affirmauerūt. Hoc ēt (ut refert Macrobius libro primo ſuper ſomnio Scipionis) affirmauit Hyparcus. ❡ Et l3 dictū ſit HEraclitu3 aīa3 ignem eē affirmaſſe, tñ (ut habet primo de aīa) non ignem (ut democritus) ſed fauillā ſtillātis ignis .i. eſſentie. quare dixit cū ſuis aīam eē uaporem, ac cordis fumū: cu3 ipſi ponebāt omniū ꝑncipiū eē uaporē. Nō nulli uero aliter ſentientes, non ingnem (ut prænominati) ſ3 aerē eē uoluerunt. De cui? ſentētia fuerūt Diogenes Cleantes: & Criſippus, Hoc ēt uoluit Anaximenes Horologii inuentor (ut Auguſtin? ait 8. de ciuitate dei.) Nā dicebat deos aīa3, & oīa alia ab aer̄ gigni cū abſq; aere nulla alia cerneſt pro creari. ſed mori ſubito aere de perdito. ❡ Multi aūt alii fuerūt, qui aīa3 dixerūt, aut elemētū primū eē, aut id qd̓ prima cōpoſitione cōponit ex primis elementis, qm̄ primū determinans potentiā primæ mē ē ītellectualis cognoſcitiua nā· ❡ Aliqui uero rudiores aquā aīam ipsā eē dixerunt. ❡ Alii aūt ſanguinem. ut Cricias ❡ Aliqui armoniā ut Empedocles uoluit, & Di

HEraclitus. Cicero. I. Tuſ. q. Leuſippus Democrit? Zeno Macrobius HEraclitus. Democrit?. Diogenes. Cleantes. Criſippus Anaximenes. Nō inuētorem. Horologii. Auguſt. Cricias. Empedocles Dinorchus.

norchus. ℭ Aliqui dixerunt eẽ complexionem quã sententiam ſm aliquos ſecutus eſt Galenus. ℭ Aliqui etiam eẽ ex materia, & forma compoſitam. ℭ Aliqui uero corp⁹ eſſe auſi sunt dicere itaq; multi multa de aĩa locuti fuerunt, huius rei ueritatem lacerantes. Qua de re omnes iſtorum opiniones uidentur dicere animam ex p̃iacenti mã formatam: eoq; oẽs poſuerũt nã3 p̃ncipiorum eẽ mã3. Quare aũt illi q̃ ignẽ, aĩam eẽ dixerunt, tali fuerunt rõne moti, eoq; credebant non niſi cauſam mãlem: ac corporalem eẽ (ut ſuperius dixeram) non diſtinguentes de efficiente: formali. & finali, cauſa & ideo ponebant quod maxime neceſſarium nẽ in corporib⁹ eſſet aĩa id ẽ calor, & ignis ideo Democrit⁹ cũ ſuis dixit aĩa3 eſſe ignem quẽdam aut calorem: maxime quia uidebat corpora, aĩa p̃ñte caleſcere: eã uõ abſente, frigeſcere, tum quia putabant. q; primum motiuũ omniũ in corporeum. eſt ignis. ideo dixerũt aĩam eſſe ignem: tantomagis quia dicebant ipsũ inter oĩa elementa eſſe ſpiritualiorẽ. ℭ Qui uero aĩam aerem eſſe dixerunt hoc diceř uoluerũt quia terminus: & uitæ diffinitio: per reſpirationem ẽ: ſicut eſt q; omne animal habet ea: ex quo diaſtoles: & ſiſtoles exufflant uitalem ſpũm ex tali aũt motu nõ incẽderetur. niſi ſpũs refrigerans ad eẽt: uel interius in corpore exñs. uel exterius abtractus ſicut in reſpirantibus app3. tñ ſpiritũ quo quomodo factum in corpore hominis: reſpirationem dicebant: ac aĩam eẽ hui⁹modi. Qř dicebant animal tam diu uiuere, q̃ diu põt hoc fa

Galenus

Democrit⁹

cere,inspirat.s. & respirat tū quia subito mors aduenit aere deperdito. ¶ Alii aūt nō nulli(quorum capud Empedocles fuit) dixerunt aīam esse primū elemētū:aut unū elementū,aut eē ex omnibus his elementis,cū ponerent sex esse principia:quatuor qdē mālia:duo uero agentia, eorū tñ rō hoc ut dicerent hæc ē,eo q uidebant q nihil est q sit potētia aīa,& nō eē nihil eorū sm actū in natura,nisi mā prima. Et cū hoc idem in cognoscitiua potētia aīæ inuenissent cū sit in potentia ad oēs species cognoscibiles,& præcipue i intellectu possibili:dicebāt pp hoc cognoscitiuam potentiā,& intellectū possibilem esse aliqd mē pmæ. Qr ·ḡ moti sūt dicere ex eltis eē,hoc est quia nihil cognoscitur nisi ex principiis suis, ut ēt habet apræclaro Phō pmo phicorū. Qm qdem intellgere,& scire contingit &c. Velūt q intelligere,& scire,circa oēs scientias non ē nisi ex principiis,& causis & elemētis rerū,& cū hoc posuerunt unum 3. uerū q aīa oia cognoscit ut dictū est,tunc arguebānt sic,q cognoscens oīa non pōt eē simile cū principiis omnium,nisi qd est ipsa principia prima,uel ex ipsis pncipiis primis,cū.igit aīa cognoscens sit oia,ergo aīa aut erit primū principiū.i.unū elemētū primū, aut ex ipsis primis principiis.i.ex ipsis elementis cōstans. Voluit ēt Empedocles q similiter a simili cognoscit,qd certe negari,nō pōt,nec negan.9 & cū omnis cognitio p assimilationē fiat,tūc sic aīa intellectiua oīa elementa cognoscere pōt,ad hoc q oīa elementata cognoscat,ḡ op3 aīam ip

Empedocles.

Empedocles.

fis elementis esse similem quar aiam ipsam rōne talis similitudinis dixit ex elementis costar. Qui tñ Empedocles cū suis posuerat aiam armoniā resultantē ex illis e?tis eē, tali tñ motus est ratione, qa uidebat corpora animata cōponi ex contrariis, ideo ponebat aiam eē armoniam ꝯrioꝝ & nōn sonoꝝ, Dicebat .n. ꝙ ꝯtraria q conueniunt dupplicitur se cōplectunt. Aliqñ.n. non saluatis qualitatibus eoꝝ q complectunt, sicut miscibilia fatiunt i misto, & hæc mistio uocat. Aliqñ tñ ita cōplectuntur, ꝙ saluant species, & qualitates ꝯplexionū sicut hō genea ad hetheroge-neoꝝ ꝯstitutioē, sicut os, caro, & huiusmodi in ꝯstitutione man?. Qr Empedocles dicebat ꝙ armonia, et ꝓportio commistionis, et ꝯpositionis est aïa, maxime quia uidebat oïa cōponi, & com misceri sm geometricā medietatē, & hanc medietatē, siue tēperamenti ꝓportionē, & compositionis mixturæ, aïam eē dicebat, tū qa ponebat nullā oïno formā eē i entib?, nisi talē armoniæ, rōnem & cū aïa quædā forma sit, iō aïam armoniā posuit quā tñ opinionē hac rōne confirmabat, qa si aïa armonia carnis, et ossis non esset et huiusmodi, qr p carnes subtractionem, & ossis ac alioꝝ mēbroꝝ aïa deficit i animali? Qua de re aïam armoniā eē uoluit. ¶ Hippus uero uulgaris phs, q ruddis eē uidet nec nō rudem phi nuncupāt aïam humorē aqueū eē dixit, q tñ motus fuit a gñonis semine, eoꝙ uidebat semē omniū generatoꝝ eē humidū aqueū, qđ cito effigiē recipiat mēbroꝝ, eoꝙ uidebat uirtutē formati-

Empedocles.

Empedocles.

Hippus uulgaris phus.

nam esse in humido retentã, per spermatis uisco sitatẽ, qua mẽbra oĩa formauit, & hanc humidi esse mãm putauit, qa nullã causã ꝯsiderauit nisi mãlẽ. Dixit ğ primo humorẽ formare in se ipso organa, et postea humorẽ sub̃alẽ radicaliter illis organis inbibitũ eẽ aĩam animaliũ hominumq;. Qua pp Hippus ipse eos redarguit q aĩam sanguinẽ esse dixerunt, quia dicebat ꝙ humor spermatis nõ est sanguis. ¶ Qui uero aĩaʒ sanguinẽ esse dicũt hac de causa dixerũt qa sentire est maius principiũ aĩæ, ac p illud aĩam esse diffiniẽdã cũ uiderent corpus sine sauguine pp frigiditatẽ obstupescere ĩ sensu & ad ipius sanguinis reddi tũ reddire sensũ. Quare putabunt sensitiuã uim & esse habere in sanguinẽ, & qa idem dixerunt esse sensus omnino, & aĩam, iõ dixerũt eam esse sanguinẽ, qđ ẽt iõ uoluerunt, quia cogitabãt. ꝙ qñ duo aliqua in uno sunt, & unum non põt exire nisi aliud exeat, uidet̃ idẽ esse unũ ꝙ aliud, qđ sic ẽ de sanguine, et aĩa in homine in quo si tot9 exeat sanguis, aĩam exire necesse est, ğ uidet̃ animam esse idẽ ꝙ sanguis. Quare oĩa elementa (ut uisum est) ab antiquis phis iudicata sunt eẽ aĩaʒ aut ut ipsam eẽ unũ ex elementis preter tr̃am in qua nullũ uitæ principiũ uidebant cũ uita consistat calido, & humido, quibus tr̃a ipsa priuat̃, Et ideo Crassias ausus ẽ dicere ipsam eẽ sanguinẽ, in quo calidũ, & humidũ r̃peritur, quæ uitæ sũt principia. ¶ Qui uero aĩam cõplexionẽ eẽ dixit ut Galenus hac ratione motus ẽ, quia uidebat ex diuersis cõplexionibus, diuersas ĩ nobis causari

Hippus idẽ

Cricias. u.. Crassias.

Galenus.

passiones,quæ aīæ attribuunť,eoꝙ aliq cōplexi onem habētes colericā,defacili irascunť,eamq; melancolicā habētes faciliter tristanť,habentes sāguineā gaudeť,&c.q̄ cū oia aīæ attribuūť,& ĩ sunt hōi ſm ꝯplexionē,iō ipsam aīa ꝯplexionē esse asserūt.❡Qui tñ aīam ex mā & forma cō/ positam esse asserūt ꝑ eoꝝ fundamēto in dictis suis hoc habuerūt,qa omne qd̾ ſm sui mutatio nem est contrarioꝝ susceptibile,ac hoc aliqd,et substātia per se existens ingeneť,qd̾ compositū esse dicebant ex mā,et forma,cum aūt uidebant aīam ſm sui mutationem gaudii,& tristitiæ fore subsceptiuā,q̄ contraria sunt,iō aīam ipsam ex mā & forma ponebant esse compositā. Qd̾ ēt ꝯfirmabāt,qa in quo ꝓprietates mē inueniuntur ibi mā inueniť Cū aūt in aīa proprietates mē re periantť q̄ subici,& transmutari sunt eoꝙ uirtu ti.& scientie uitio,& ignorantiæ subiciť,qa ab ignorantia ad scientiam trāsmutať,& a uitio ad uirtutē,ideo dicunt ipsam ex mā & forma cō// positā,hoc ēt dicunt qa cū credant ꝙ q̄ non hñt mām non hñt causā sui eē,cū aūt cernerent aīa3 habere cām sui esse,cū a cā depēdeat,dicebant aīam ipsam habere mām,& ꝑ ꝯñs ex ipsa fore ꝯpositam.His g̃ ac multis aliis rōnibus moti fue re aīam esse ex mā & forma compositam ut as/ sererēt.❡Qd̾ ēt confirmabant qa in omni cre ato differt qd̾ operatur,& quo operať,aīa uero qd creatum est.g̃ ē assingnare qd̾ opať,et quo opatur.quod nō esset nisi ipsa cōposita esset ex mā & forma.❡Illi uero q eam corpus esse po/

nebant,hac de re cohacti fuerunt dicere,qa cre-
debant aim habere contactũ,quod corporis est
cũ omne mouens respectu moti opz ɔtactũ ha-
bere,qa mouentis ad motũ oz eẽ aliquem conta
ctũ,sed contactus non ẽ ni corporũ,cũ igit aĩa
corpus moueat ğ dicebant aĩam contactũ habe
re,& p ɔñs corpus eẽ. Quod ẽt confirmabant
quia aĩa est motor coporis,& tñ nõ ita mouẽs
ꝙ non moueat qa tunc aĩa esset primũ mouens
omniũ qd in conueniens ẽ dicer. Qd ẽt p',qa
nihil mouere põt nisi moueat. qd ita putabant
dicentes neminem alteri dare qd nõ habet. Exẽ
plũq; ponentes qa qd calidũ nõ ẽ non calefacit,
nec qd non ẽ frigidũ frigefacit,tũ quia dicebãt
Si quid esset mouens non motũ,causaret sempi-
ternũ motũ:ac eodẽ se mõ hñtem:qui quidẽ sẽ
piternus motus in motu animalis ab aĩa exñs eẽ
non appz:cũ nemo assereret aĩalis motũ eẽ sem-
piternũ:ut sensu uidemus:ğ ddm ẽ aĩam eẽ mo
uens motũ:Sed omne mouens motũ corpus ẽ:ğ
aĩa corpꝰ ẽ.Hoc ẽt dixerunt hac de causa aĩaz.s.
corpꝰ eẽ : quia filius patri assimilatur in aĩæ ac-
cidentibus:cũ ğ filius a patre gñetur pdecisionẽ
corporalẽ:& qa aia corpori ɔpatit:& a corpoꝛ
separat:qd tñ corpoꝶ se tangentium est:ideo
aĩa corpus est.Præterea dicunt aĩam magis con-
tinere corpus:q̃ corpus aĩam:quod ẽt uult Aꝝ. Ar. pmo d. anima,
pmo de aĩa lineat .n. corpus p aliquod ɔtinẽs.
ğ cõtinẽs sic lineat ẽ sicut ɔtẽtũ,ut nos ex pien-
tia docet:accipiẽdo aquã ĩ aliquo uase nã aqua
figurat atq; lineat in uase sicut ipsũ uas eam cõ

tineus figurat̃ ut si uas erit rotundū aqua erit ro tunda &c. Cū ḡ aliter, & aliter corpus quod ab aĩa ꝯtinet̃ figurat̃, aliterq̃, & aliter mēbra distin cta hꝫ, ꝑ ꝑ aliã, & aliã aĩam qđ ēt uult ꝯmētator primo de aĩa, ꝙ mēbra Leonis, & mēbra Cerui non differant ni qa aĩæ differunt. sic a simili di cim⁹ de homine, respectu cuiuslibꝫ alteri⁹ aĩalis ḡ p hanc rōnē uidet̃ aiam hoĩs sic eē figuratã, sicut corpus hoĩs, cū tale corpus habeat suam fi guracionē p aĩam: & ab aĩa continente ip̃m, qđ eē non possit, ni aia corpus esset: quare đđm est ipsam eē cōp⁹. Qua ꝑꝑ ex añ habitis uideri pōt pħo ꝟ non nullos aĩas ex p̃iacenti mã eē forma tas asseruisse, quoꝝ hic aliquos adducere uolui aliquos tñ relinquēs cū p̄ñtis speclacionis eē mi nime mihi uisum sit, eoq̃ hoc ad p̃mū aĩæ librū ꝑtineat ibi ḡ recurrat̃ tm̃ i hac parte accepi q̃tū pro nr̃e rei faciunt inuestigatione. Quare posui mus illoꝝ proprias sentētias, q̃ circa reꝝ nãliū principia diuersificati sunt, & p ꝯñs, circa ipsã aĩam ut uisum est. Nihilominus in hoc tñ non in uenimus eos esse diuersos ſꝫ ac firmiter ponētes aĩas .s. ex preiacēti mã eē formatas: lꝫ unusq̃sq̃ suã ꝑpriã rōnem, ac sententiã habuit cū aliquis aerem, aliquis ignem, aliquis aquam, aliquis elementū, aliquis corpus &c. ut superius habet̃ quas tñ sententias superius seriatim posuimus, tñ oẽs ex p̃iacenti mã ipsas esse compositas as serere inuenimus concordes, ac ex nē mãlibus principiis, qa putabãt oẽm cognitionem ꝑ aliq̃ similitudinē cognoscentis & cogniti fieri, talis

aūt similitudo corporis ad rem immālē esse nō pōt, si ḡ aīa in mālis subā esset, & non conposita ex mālibus principiis māles sub̄as cognoscere nō posset. Et iō oēs ipsam principiū māle habeř dixerunt. Et si in cognitiōe talis mālis principii diuersi fuerant ut superius illoꝶ aliquæ ante inductæ sentētiæ uideri possūt. hoc ēt uoluerūt qa cū aīa oīa cognoscat, & cognitio reꝶ ē p reruꝫ pricipia ipsam omnino ex primis reꝶ principiis constitui dixerūt maxime ſm illos q posuerūt aīaꝫ: aut esse primū elementū, aut esse id qđ p̄ma cōpositione componiť: ex primis elementis: qa cū uidebant aīam proprietatē principii habere, & immouendo: & incognoscendo: ideo ponebant aīam aliqd esse mē prime: qua pp ubi supponebant esse māin primā supponebāt eē aīaꝫ, Quare dicebant esse elementū primū: aut quod prima compositione ex ipsis cōponitur. Hæc ḡ tm̄ dicta sunt pro intentione eoꝶ, qui ex ꝑiacēti mā aīas formatas esse uoluerunt.

CAPITVLVM XXII. IN QVO omnes supra inductæ opiniones sigillatim reꝓbantur & primo sensum: & intellectū non esse idem ꝓbabimus.



Vm .n. in superiori capl̄o p̄iorū aliquoꝶ sententiæ positæ fuerint circa aīaꝶ ꝓductionē, in quo posui non nulloꝶ antiquorum intellectus in beccillitatē inter intellectū: & sensum di/

ſtinguere neſcientium,cum multis alioꝝ opinio nibus ut iam uiſum eſt.In ſeq̄ntibus uero capl̃is (ut ſolitus ſum)ſigillatim omniũ illoꝝ ſententiã reꝓbabo firmiſſimis tñ rõnibꝰ ueritatẽ oſtẽ/ dens,primo tñ illoꝝ ſentẽtiã qui ſenſum,& in/ tellectũ idem eẽ dixerunt non ualentes: quid di/ ſtinctiones inter ipſos oſtendere. Contra quos ita arguamus dicant g̊ iſti patres.Non ne ſenſus in omnibus animalibus inuenitur certe ſic:& nõ ne inter oĩa aĩalia ſolũ hominẽ intellectũ habere dicimus? certe ita eſt:qa ſi alia ab homine intel/ lectum haberent oppoſita:ac diuerſa oparẽtur ſicut ĩtellectũ hñtia faciunt.Sed nos uidemꝰ alia animalia ab hõine a nã eẽ mota addeterminatas operationes:ac uniformes in eadem specie,ſicut exemplo pꝫ ꝙ omnis irundo ſic una ut alia nidi ficat.Araneaqꝫ omnis eodẽ mõ telã facit. Quæ/ qꝫ etiam formica in æſtate grana colligit:et id ge nus alia:g̊ intellectũ nõ hñt:qꝛ ꝺđm ẽ intellectũ & ſenũ idẽ nõ eẽ.¶ Adhuc ſi idẽ eſſet intellectꝰ & ſenſus,tũc eodẽ mõ intellectus,ab ĩtelligibili pateꝛꝛ ſicut sẽſus petiꝛ ſꝫ sẽſus.patiꝛ ſic qꝫ ab ex cellenti corrumpitur:cum omne excellens ſenſi/ bile corrũpat ſenſum:teſte pħo 2. de aĩa g̊ intel/ lectus ab excellenti corrumpereꝛ qđ falſum eſt. qa excellens intelligibile perficit intellectũ 3. de aĩa.Qđ ẽt uidere poſſumus qa ſenſus poſt ual/ de ſenſibile debilior efficiꝛ in aꝑhẽdẽdo minus ſenſibile:intellelectus uero poſt ualde intelligibi le in apprehendendo minus intelligibile fortior redditur:g̊ potentia ſenſitiua non ẽ intellectiua.

Maior

Maior aũt nota eſt qa q̃ eadem ſunt,& in nullo differunt,eã dẽ hñt operationẽ.Minor uero nota ẽ phi ſententia 2. & 3. de aĩa & ex experiẽtia oſtendiť.Qui aũt intellectꝰ poſt ualde intelligibilia minora apprehendendo reddiť fortior ꝓbatur qa principia sũt ualde intelligibilia:& cõclusiones minus,& tñ cõclusiones plus intelligũtur poſt principia intellecta q̃ añ:ğ ſine dubio aſſerere poſſumus illos nihil dixiſſe.¶ Amplius pꝫ ſenſũ non niſi ſingľia ꝯgnoſcere:cũ potentia oĩs ſenſitiua cognoſcat p ſpecies reꝝ idiuiduales,qa eas recipit incorporalibus organis. Secꝰ eſt de intellectu:eoꝗ non niſi uľium ſpecies cognoſcitiuus ſit:ut experimẽto uideť,ğ nullo pacto ſenſus ẽ intellectus.Qđ ẽt cõfirmať.Quia ĩ una ui ſenſitiua potẽtia oĩa non aprehendit cũ uis in organo ſita ſit:cuius nẽ eſt unũ ſenſitiuuꝫ tñ aprehendere intellectus tñ oĩa apprehendit ğ uis in organo ſita non eſt:Sꝫ uis organico corpori miſta:& non miſta differunt,ğ intellectus & ſenſus ẽt differũt quare ſcileant. ¶ Præterea nullꝰ ſenſus nec ſe:nec ſuã opacionẽ cognoſcit qđ ꝓbo quia uiſus nec ſe ipſum uidet:nec ſe uidere cognoſcit:cũ hoc(ut in libro de aĩa habetur)ſuperioris ẽ potentiæ:Sꝫ intellectus ſe ipsũ & ſe intelligere cognoſcit,ğ idẽ non ẽ intellectꝰ &,ſenſus.Qua de re iſtoꝝ opinio tanq̃ in phia hæretica eſt relinquenda.ttꝰ ne in eoꝝ dictis gaudeant.ad eoꝝ rationes reſpondeamus,dicamꝰ ꝙ negando ſenſus:& intellectus apprehenſionẽ eẽ eandẽ ſimpliciter:ſꝫ opphenſio illoꝝ ſit idẽ

Ad rõnes antiqioꝝ. in genere ex quo non sequitur ꝙ sensus: & intellectus sunt simpliciter idem. ℭ Ad aliam uero eomnĩ rationem dico, concedendo eoꝝ maiorem,& totum argumẽtum.Verũ notãdũ est ꝙ duplex est p̃sens.s.in aĩa:& in re pñs aũt in re est singulare:sed pñs in aĩa non est singula re:Sed qñ est in rõne uł̃is,& tunc est in intellectu,qa intellectus nõ intelligit nisi uł̃e: qđ eius obiectũ ẽ:ĝ qñ dicit̃ pñs ẽ cognitũ ꝑ intellectũ & sensũ:ꝯcedẽdũ ẽ:s3 pñs ẽ singulare:hoc qdẽ negandũ assero:qa pñs in re ẽ singulare:ut dictũ ẽ non aũt pñs in aĩa:qđ uniuersale ẽ,quare non ualet ꝙ eade3 ẽ cognitio intellectus:& sensus:qđ isti ꝑcipere nequiuerunt. ℭ Ad ultimã eoꝝ rõnem dicendũ est solem habere simł̃tudinem cum intellectu agente:in pł̃ibus,ut percipi põt in libro de anima,non tñ ꝑꝑ hoc seqtur ꝙ lumen intellestus agentis sit corporale:sicut sensus ẽ:ideo non dicimus sensum & intellectũ eẽ idẽ.Qua dere minime dicere pñt,cũ idẽ oĩa sũt ẽt corporalia,& ꝑ ꝯñs ipsam aĩam ex mã ꝓductam eẽ: ℭ Quare cũ uisum fuerit intellectũ & sensũ minime fore idẽ,iudicandũ est ipsos errasse inter eos distinguere nescientes:Et iõ habita &'de re hac ueritate inuestigata:dicim⁹,ꝙ eorũ dictis sequit̃ non eẽ ueꝝ puta nihil eẽ in mũdo ni quod sensu & imaginacione apprehenditur. ℭ Quare extimauerunt ꝙ corpus non erat minime ens immo & ipum deũ corp⁹ ponebãt: & similiter aĩam ipsam ꝗ tñ oĩa nulla remanẽt atq; destructa:Qđ aũt deus corpus eẽ non põt

iam im℘batum ē ſuperius, in illo caplo, in quo illoꝝ ſententiā re℘bauimus: q aīam ex dei ſubſtācia ponebant: ideo hic relinquantur, ne ſæpe ſæpius illud aſſeram.

CAPITVLVM XXIIII. IN QVO reprobat᷑ illoꝝ opinio, q poſuerunt oīa ℘duci ex aliquo mali principio, & p ꝯñs ex aliquo elemēto, uel ex prima elementoꝝ miſtione.



Nunc aũt ad ſingulas illoꝝ quas poſuimus ſuperius rõnes: ac opiniones de ipſa aīa re℘bandas ueritatem ponens deuenio, quædam primo notabilia inducēs. ℂ Pro quo primo notandũ aīa eē incorporeā, nec aliquo indigente principio mali in ſua ℘ductione niſi tm̄ effectiuo, cũ ex deo per creationē anihilo creata ē. ut in ſequentibus caplis latius declarabo: Quare ideo errauerũt nr̄i ℘genitores, qa extimabãt oīa ℘duci ex aliquo mali principio, circa qđ diuerſificati ſunt (ut dictũ ē in ſuperioribꝰ) Et iõ ponebant nullũ eē ſpiritũ, niſi corporeũ. ℂ Secũdo notãdũ neceſſe ē eē pōner̄ aliqs creaturas incorporeas (ut inferius dicet᷑) de quarũ gñe aīa rõnalis ē: & hoc ē qa præcipue id qđ increatis rebus deus intendit bonũ ē, quod qdē ad dei aſſimilacionē conſiſtit: Hoc ſtante, Tũc dicimus perfectā aſſimilacionē effectus ad cauſam actendi, qñ causā imitat᷑ effectus: eo modo quo cā producit effectũ: ſicut dicimus ꝙ calidũ

facit calidũ: S3 oĩa dicimus ꝑduci a prima cau/ſa, ſuo intellectu, uoluntateq; ſua, quare ad uni/uerſi perfectionẽ requirit aliquas eẽ creaturas intellectuales, pp operationẽ, q̃ intelligere eſt, quia intelligere non põt eẽ actus corporis, nec alicuius corporeæ uirtutis: eoq; omne corp9 ad hic & nunc terminat, g̃ ad talem uniuerſi perfe ctionẽ neceſſe eſt aliquã creaturã in corporeã reperiri, qua mediãte talis exerceatur operatio Quapropter cum hõ intelligat, op3 iſtã opatio nẽ per aliquod in corporeum exercere, quod aĩa rõnali cõplet, g̃ dicimus eam non ex aliquo mãli principio eẽ ꝑductam. ¶ Tertio notãdũ q; oĩa animalia moueri motu progreſſiuo, & ſi/militer ſentire aliquo intrinſeco principio: ut experientia docet, non põt eẽ quid corporeum quia iſtos ualde erraſſe dicimus, qđ ꝓbo. Nam certũ eſt motũ progreſſiuũ in oẽm loci differẽ/tiam eſſe, añ.ſ. retro, dextorſum, ſiniſtrorſum, ſuperius, inferius &c. Sicut ſenſu uidemus, tũc ſic, aut.n. corpora hoc ĩ quãtũ corpora hñt, aut q̃tũ cõmiſta ex elementis, aut ab aliquo princi/pio incorporeo, quod tñ uel nã diceret: uel aĩa ſi dicat primo mõ tũc oĩa corpora motu pro/greſſiuo mouerent, & oĩa corpora ſentirẽt qđ expſſe falſum eſt. nec non ſequeret animalium corpora poſt mortẽ moueri et ſentire q̃ oĩa ſeq uident, ſi primo mõ eẽ dicat, ſi uero id ſecũdo mõ, inq̃tũ.ſ. cõmiſta ex elemẽtis, tunc ex hoc ſe q̃ret oĩa.ſ. ex elˈtis cõmiſta corpora moueri ſi/militer, & ſentire, cuius qdẽ oppoſitũ in mine/

ralibus & lapidibus uidemus,& tñ ex elementis cõmista sũt.Si 3. mõ aut a principio ĩtrinseco & i corporeo,qd' nã ẽ,uel qd' aĩa,nõ qꝓ nã q a tũc æqualiter in omni tẽpore,ĩ corpore nãli q̃ diu est,semper mouerent & sentirent,quod falsum est,g̃ relinqtur ista fieri a principio in corporeo qd' animam uocamus quare aĩa ipsa nõ fit ab aliquo corporali principio,ut ipsi uoluerunt. ¶ Præterea ꝯ istos ita arguat, p̃supponendo omne quod est esse,ac rõnẽ habeř ab aliqua for ma,hoc ſtãte homines sunt,& rõnem hñt,g̃ ab aliqua forma eẽ eoꝝ est,tũc q̃ro,aut illa forma est corpus tm̃,q̃ consequit elementales qualita/ tes aut erit forma alia.Nam ſm eos d̃d̃m esset aĩam esse formam elementi,aut ꝯñs mistur am elemẽtoꝝ tm̃,si primo mõ tũc homines elemen ta essent si secundo modo tunc essent lapides,uł id genus alia q̃ elemẽtoꝝ mixtionẽ sequũt.qd' clare falsum est.g̃ dicendũ ẽ esse aliqd' aliud in corporeũ.Qua de re his rõnibus relinqtur an/ tiquos nr̃os patres male dixisse aĩam ex corpo/ reo principio,puta ex aliquo elemẽto uel ex pri ma elementoꝝ mistione esse productam.

CAPITVLVM XXIIII. VBI REPRO bat democriti,ac Eracliti opinio ponentiũ aĩaꝫ esse fumum,& uaporem acorde eleuatum,nec non respondet ad alioꝝ opiniones.

Q Vamuis .n. superioribus rationi bus uisum sit antiquos illos patres

erraſſe. Ad pñs tñ dicimus illos magis q animã calorem nãlem, aut reſpirationis uentũ, aut fu-mũ, & uaporem a corde eleuatũ eẽ aſſeruerunt ideo ad Democritũ, Eraclitũq; hac ad oẽs alios q dicunt aĩam eẽ ignem, aut calorem, aut fumũ eoꝙ uidebant corpora aĩa pñti caleſcere &c. re-ſpondeamus eos ĩ hoc erraſſe. Qđ lʒ calor opa-tur in augmento, & nutrimento non tñ cauſa eſt augmenti, & nutrimenti niſi inſtrumentalis, aĩa tñ eſt prima cauſa q̃ mouet, non mota. Et iõ aĩa facit ſenſum, & motũ in corpore, pp calorẽ nã-lẽ q eſt in ipſo, & ideo calor eſt cauſa ſentiendi, & tñ nõ eſt cauſa q̃ eſt primũ principiũ ſenſus, ſicut aĩa. quare hoc non intelligentes dixerunt a nimã eſſe calorẽ, ſeu ignẽ. ℭ Ad illos uero q ae rem aĩam, aut uaporem eẽ dixerunt, dicimus ꝙ aer, & uapor, pp hoc uidentur eſſe aĩa, p aĩalem uitalem, & nãlem ſpiritus, q tñ oẽs ſunt inſtru-mentũ aĩæ, & non ipſa aĩa, quare drã eſt inter aĩam, & ſpũs aĩæ (ut habeť in libro de differen-tia ſpũs, & aĩæ,) q qdẽ ſpiritus naſciť a uapore effumante de corde, quem medici naturæ aereæ eſſe aſſerunt, & tñ (ut dictũ eſt) inſtrumentũ eſt aĩæ, per quod ſenſum, & motũ corpori influit. Quare inter cauſam efficientem, & inſtrumen-tale diſtinguere non ualuerunt. ℭ Ad illos uero q aĩam ex aliquo elemento poſuit, aut primum elementum. i. primã mãm, aut ex omnib⁹ elemẽ tis iam ꝓbatũ eſt in precedenti capl'o hoc mini me eẽ poſſe: tñ ad eoꝝ rõnes ita reſpondemus. Qñ dicũt ꝙ oĩa cognoſcens, non põt eẽ ſilr cũ

Democrit⁹
Heraclitus.

principiis oīb⁹,nisi qđ ē ipsa prima pncipia,uel ex ipsis principiis primis.Et similiter qñ arguebant ꝙ nihil est impotentia ad oīa,nisi mā prima,& hoc ēt inueniebant in intellectu possibili,q̄ aīæ est potentia,ideo dicebant aīam ipsam esse primū principiū māle,uel ex ipso,dico pp hoc antiq illi patres ducti fuerūt hoc ut dicerent pp exercitii paucitatem in studiis,distinguerē nescientes inter potentiā cognoscitiuæ uirtutis,& potentiam mē,cū alia sit potētia cognitionis:& alia mē,qm̄ potentia intellectus possibilis,& cognoscitiuæ proportionaē uli,& particulari,quibus ſm actū perficiē,s3 potētia materiæ formis ꝓportionaē,ſm eē,qbus ſm actū efficiē & pficiē,qua de re in aīa non est mā,s3 illa potētia in aliquo,silis est mē,& in aliquo dissimilis.Tanto magis errauerunt quia antiqui non uidebant, ꝙ cognitio nō existit in aīa,nisi p assimilationē cognoscentis,& cogniti.S3 si hanc percepissent assimilacionem,per reꝶ intentiones eē,& nō p eaꝶ essentiā,eoꝙ intentio lapidis ē in aīa, & nō ipse lapis,certe non errassent.Immo posuerunt assimilacionem non posse fieri,nisi ſm forma3 pfitientē,& dantē eē,ut eoꝶ dicta sonant,iō eorū rōnes nullæ reditæ sunt. ¶Et sic simlr poterimus responderē ad aliam Empedoclis rōnem, qñ arguit,ꝙ simile simili cognoscitur,hoc concedendū est,ueꝶ non op3 ꝙ assimilatio ista sit in nā,ꝙ corpus cognoscaē corpore,& mā per mām,sed similitudo ista,p aliquam rei specie3, ut paulo ante diximus,siue sit cognitio sensitiua Empedocles.

siue intellectiua, ut per speciem albi uidet albū. Oculus.n. ut quoddam speculum est. Stante hoc pro uero sicut.n.q̄dam rez similitudines in speculo apparent, sic uisibilium similitudines ī oculo reperiuntur, & sic recipiendo rez similitudines res uidet. Et quod dictū ē de sensitiua cognitione ut de oculo, habet de intellectiua cognitione ueritatem, ac de intellectu. Sicut.n. ocul⁹ albū uidet, p albi speciem, q̄ apud se habet, & lapidē per lapidis speciem, q̄ apud se h3, sic intellectus intelligit albū, uel lapidē, per suas species, quas apud se h3, ut ḡ intellect⁹ lapidē intelligat nō op3 ꝙ sit, uel fiat lapis, sed sufficit ꝙ habeāt apud se speciem lapidis. Quare laudatur circa hoc Anaxagoras, ut habetur 3. de aīa, qui posuit intellectū in mālē, et abstractū separatū a mā, ut posset mām cognoscere, Si sic Empedocles fecisset minus errasset, dixisset ꝙ aīam non ex elementis esse nec de elementoz nā, ut possit elementa cognoscere, sicut pupilla est absq̧ colore, & nō est de nā coloz, ut coloz species cognoscere possit, ac de coloribus iudicare, quia errauit Empedocles. ℭ Ad illos ēt q aīa3 armoniam ponebāt dicamus hoc minime esse posse, quia magis corporis, q̄ aīæ qualitatibus armonie rō conuenit, ut ēt eoz dicta sonant, cum sanitas, armonia sit quæ incorpore cōsistit, & non ī aīa. Nam sanitas est quædam humoz armonia, neruoz, & ossiū fortitudo. mēbroz & coloz pulchritudo, q̄ aīa non sunt, nec pōt assignari qualium armonia sit sensus, aut intellect⁹, q̄ ad animā ptinēt, ḡ d̄d̄m

Anaxagoras.

Qui animā armoniā ponebant.

est aiam non esse armoniam. ¶ Præterea armo/nia dupliciter inuenitur, uno q̃dẽ mõ ipsa cõpo sitio, alio mõ compositionis rõ. Videamus ğ an aĩa id sit? certe non, quia nec cõpositio, nec com positionis rõ, ğ nec armonia. Q̃d non sit cõposi tio, pbaĉ, quia oporteret q̄ una quæq; pars aĩæ esset compositio aliquaꝝ corporis partiũ quod non ẽ dicere. Q̃d aũt non sit rõ cõpositionis p baĉ. Quia cũ diuersæ sint rõnes, seu proportio/nes cõpositionis in diuersis partibus corporis, singule corporis partes haberẽt singulas aias, & aliã aiaꝫ haberet os, caro, & neruus, cũ s̃ ꝓpor tionem diuersam composita sint, q̃ oĩa falsa sũt, ğ non ẽ dicendũ aĩam eẽ armoniam Qua pp fa cilem pꝫ aĩam armoniam non eẽ dicendam. ad rõnes antiquoꝝ Respondeĉ facile q̄ suis rõni/bus respondere possumus, quaĉ non pp hoc se quitur aĩam eẽ armoniam, ꝓpter. s. cõplexionis ꝓporcionẽ, & cõmixtionis, s̃m geometricã me dietatẽ, ut dictũ est, q̄ per subtractionẽ talis ar/moniæ ossis, & carnis, ac alicuꝫ mẽbroꝝ aĩa de ficiat in animali qm̃ ideo aĩa deficit carne sub/tracta, aut aliquo alio mẽbro: aut uitali parte, eo q̄ eius organũ, at ꝓpria mã destruitur, in qua aĩa ipsa est. Quare forma q̃ aĩa est, saluari non põt, p̃ter aĩam intellectiuã: q̃ non est corp⁹, nec uirtus in corpore: & ẽ aliq̃d habens, p̃ter cor pus: ipsam saluans. Corrumpitur ẽt, & soluiĉ corporis armonia: aĩa egrediente, eo q̄ aĩa con/tinet corpus, & eius misturam, & ideo continẽ/te ablato, necesse est armoniã compositionis, &

mistionis solui, ea igit gra non est possibile aiaȝ eē armoniam, & per ɔñs nulli⁹ roboris eē eoꝝ rōnes. ¶ Ad hyppū, qui dixit humorē eē aqueū dicimus, & ad suā rōnē, qđ q d ueritatis obtenu issēt si aīa rōnalis educta esset de potentia mē, sicut aliæ formæ, sȝ cū ꝓbatū sit in superiori tractatu, aīaȝ ipsaȝ ex semine nō eē ꝓductā, nec ſȝ suū eē, nec ſm suā efficientē causam, sȝ ueniens ab extrinsceco a foris, ideo nil ipsum dicere assero, Veꝝ dici pōt eē in semine: qa qđ gñatur ex semine ē mā ipsi⁹: id ē quaȝ informare habeat. quare nil dixit ille bon⁹ uir. cū tale semen dispōnat a uirtute formatiua, ut ibi declaratū ē tripli ci uirtute, ꝓ ītroductiōe tl's aīæ extrīsec⁹ aduenientis. semen illud est mā seu cā mālis ꝗ dispōnit. ¶ Ad Crassiam uero dicendū puto, ꝙ sanguis non ē aīa, ueruȝ primi actus ipsius aīæ quo ad sua obiecta in sanguine fundant: ſm ꝙ sanguis, uel alius humor illi respondens, est ultimū nutrimētū, primi aūt aīæ actus nutrire, augmentare, & generare sunt, q tñ act⁹ mediāte sanguine pficiūt, ut ex pertis in libro de aīa patet pōt Qua de re hic ēt sicut & alii nihil dixit. ¶ Nec ēt aliqd dicūt ꝙ qñ duo ita se habēti ꝙ uno exeunte exit aliud, uel posito uno recedente recedit aliud. ꝙ unū aliud sit, eoꝙ posito sigillo ī quo aqua figurat. sicut figuratū est sigillū, remoto sigillo remouet & aquæ figuratio recedit, & tñ aquæ, & sigilli figuratio, eadem nō est, sic a simili ꝗuis aīa non pōt in corpore sine sanguine stare, nec nō toto recedente sanguine necesse est aīam

Ad hyppū respōdet.

Ad Crassiā uel criciatu respondet.

recedere:& sic nil retulit crassias. ℭ Ad Galenũ ĝ medicorũ Principem (salua tñ tanti uiri pace) ita respondeam⁹, asserendo tñ ipsum fuisse deceptũ, cũ nõ attribuit aliter cõplexioni passioẽs, aliterq; ipsi aiæ, eoq; attribui debẽt cõplexioni sicut disponenti, id ẽ q̃tũ ad id quod ẽ in passionibus mãle, sicut feruor sanguinis, & cætera. Animæ uero attribui debent nõ tanq̃ mãli rõ, ut ꝯplexioni. Sed tanq̃ principali.i.ex parte eius qđ est in passionibus formale, sicut appetit⁹ uindictæ est in ira. Et iõ falso opinatus ẽ Galenus ponendo aĩam eẽ ꝯplexionẽ, quod eẽ nõ posset, ut ꝓbabo. Nam certũ est aĩam corp⁹ regere, ac passionibus, q̃ ꝯplexionẽ sequunt̃ repugnare. Aliq .n. eorũ ꝯplexione sunt magis ira: aut cõcupiscẽtia pleni, q tñ rõne refrenante, se ab eis abstinẽt, hoc tñ aĩa efficit, & non ꝯplexio, ĝ aĩa cõplexio eẽ non põt. Qđ ẽt ꝓbat̃. Nam certũ ẽ aĩam intellectiuã eẽ substatiam, seu substantialẽ formã, cõplexio non est huiusmodi, igit̃ cõplexio nõ ẽ aĩa, maior nota ẽ minor uero ꝓbat̃. Id qđ põt eẽ, & ab eẽ, præter subiecti corruptionẽ accidẽs ẽ. ſ3 cõplexio põt esse huiusmodi. Quod probo medicorũ authoritate. Nam habet̃ S. de ingenio c.6. & integri decidente calida, & sicca crasi tẽpore per aumasticæ ætatis. in frigidã in conuerti tur & siccam. Et tñ ad istam mutationẽ nõ corrumpit̃ subiectũ ĝ cõplexio accidẽs ẽ, si accidẽs ĝ nullo pacto dđm est ipsam eẽ aĩa3. Quod ẽt ꝯfirmat̃ quia substãtia magis, & minus recipet̃ nõ põt, ut habet̃ a phiorũ Principe ĩ ꝑdicamẽto

Ad Galenũ respondet̃

ſubſtantie, nec ei aliqd eē ꝯtrariū, S3 complexio ꝯponitur ſm oēs ex cōtrariis q̄litatibus, q̄ſi me diis inter eas, ac ſuſcipit magis & minus, cū una ꝯplexio ſit calida, ac ſicca, aut frigida, alia uero minus, ḡ impoſſibile ē ipsam eē formā ſubſtāti alem, nec ꝑ ꝯn̄s aīam, cū aīa forma ſit ſubſtātia lis, & nō accidētalis, ut cōplexio eſt, iō dicēdū ē Galenū nil dixiſſe. ¶ Præterea compl̄o forma ē accidentalis, aīa uero ſubſtātialis: ḡ compl̄o nō eſt aīa. Maiorē aūt nr̄i argumēti ita ꝓbabo Et ꝑ

Primum p̄ſuppoſitū. ſuppono mihi tria. ¶ Primū ꝙ ꝑ cōplexionē ui uentis, per ſe, & in mediate, uiuentis oꝑationes ꝑſitiunť hoc tn̄ p̄ſuppoſitū de mente omniū do

2. p̄ſuppoſitum. ctoꝝ eſt. ¶ Secūdū ꝙ nulla forma ſuas oꝑatio nes, uel ſibi debitas ꝑficit, in ſua naturali diſpo

3. p̄ſuppoſitum. ſitione, niſi mediante inſtrumēto. ¶ Tertiū præ ſuppoſitū ꝙ omnis ſubſtātia ex omniū itentiōe, aut ē mā, aut forā aut ꝯpoſitū ex mā & forma,

Probatio. ¶ His ḡ ſtantibus Compl̄o nō ē mā, qa ꝑ mām nullæ oprrationes ꝑficiunť, S3 per cōplexionē ſic quia per eam oēs uiuentes oꝑaciones ꝑficiū tur, ut tenet primū p̄ſuppoſitu3. ḡ cōplexio mā non eſt. Quod non ſubſtantialis forma probo. Nulla .n. forma ſubſtātialis cōpoſiti in mediate ꝓducit oꝑaciones ſibi debitas, niſi mediante in ſtrumento. Quod .n. dixi tenet per ſm p̄ſuppoſi tum. ſed cōplexio in mediate ꝓducit operacio nes debitas formæ uiuentis ḡ cōpl̄o forma ſub ſtantialis non eſt, maior .n. ꝑ primū, & ſm p̄ſup poſitū nota eſt. Quod nō ſit compoſitū ex dictis p3, quia ſi non mā, nec forma, ḡ nec compoſitū

exipsis.qđ per idē mediū pȝ Quare dicimus cō plexionē nō esse substātiā,& per pñs nec aīam.
¶ Præterea nullū.n.aīalis corpus,motu locali a cōplexione mouet̃,q̃a motum dominātis seq̃re tur,& sic semper deorsum ferreret̃.sed aīa mo uet animal in omnē partē ğ aīa cōplexio non est.
¶ Præterea arguit̃ sic de quo minus uī in eē & in ē ğ de quo magis tunc sic,operatio aīæ uege tabilis,& cognitio sensitiua,actiuaꝝ,& passiua rum qalitatū uirtutē excedit(ut notū est)ğ mul to magis intellectus operatio q́ pfectior,ac ma ior est, sed compł̃o ex actiuis,& passiuis quali tatibus causatur,ğ non pōt esse pncipiū opatio nū aīæ,iō impossibile redditur ꝙ posset eē cō plexio Quare ğ taceat Galen⁹ hoc ut dicat.lȝ.n. Galenus.
in ueritate ex Caleni dictis minime percipi pōt Idem.
assertiue ipsū hoc dicere,ut ex multis suis dictis patere posset.Sed tñ breuitatis causa(cū de hoc ad pñs non disputemus)relinquantur: Satis est illoꝝ sentētiam destruxisse qui anima cōpłonē esse dixerunt.

CAPITVLVM XXV IN QVO ILLO rum sententia destruit̃,q aīam cōpositā ex mā & forma tradiderunt,& ad illos q eam corpus esse dixerunt.



Vanto ğ in errore sint q animaȝ eē cōpositam ex mā,& forma asse ruerunt iam supra dictū est in c. illo,in quo illoꝝ sententiam reꝓ

bauí:qui aïam ex dei ſubſtãtia eẽ ꝑductã dicerẽ auſi ſunt:inquo tñ ꝓbaui aïam nullo pacto eſſe cõpoſitã ex mã & forma:Ibiq; ẽt ꝓbatũ eſt ipſã minime fore corpus ibi ꝗ uideaẽ:ne hic id ide3 dicã:tantũmõ mihi uiſum ẽ ſuis rõnibus reſpõdere,ne in eoꝝ falſa imaginatiõe ad rõnes eoꝝ letenẽ dẽ,& iõ ad eoꝝ ꝑmã rõnẽ,& ad eoꝝ confirmationes ita reſpondeaẽ.Qđ eẽ ſubſceptibile ꝯrioꝝ,ac habere mẽ ꝓprietates.i.ſubici,& tranſmutari alio:& alio mõ recipiunẽ in mã,& in aïa,ſicut alia eſt potentia mẽ:& alia aïæ(ut ſuperius dixe ꝯ)ꝗ ẽ alia rõ ſubiciendi:& trãſmutandi ac ꝯtrarioꝝ recipiendi mẽ:& alia aïæ,iõ non ualet eoꝝ arguaentũ,ꝙ ꝑ p hoc aïa d3 eſſe compoſita ex mã,& forma.Qđ ſit alia rõ:& p ꝯñs alia potentia probaẽ,quia iſta talis trãſmutatio ẽ ĩ itellectu ſm ꝙ ipſe impotẽtia ẽ ad ſpeci es intelligibiles:& iõ nunc recipit unã illaꝝ ſpecieꝝ:& nũc aliã:& nũc trãſmutatur de una ſpecie,intelligibili ad aliam.i.de ignorantia ad ſciẽtiam.Potentia aũt mẽ nõ hoc mõ ſubiciẽ:& trãſmutaẽ,& recipit:quia mã recipit formã ut ſm ipſam conſtituaẽ in eẽ alicuiꝰ ſpeciei. Intellectꝰ aũt non ſic recipit formas:qa aliter eſſet uera opinio Empedoclis:qui poſuit qđ terrã cognoſcimus trã:& ignem igne:ſ3 forma intelligibilis eſt in intellectu ſm ipſam rõnem formæ: unde talis receptio ẽ ſubſtãtiæ in mãlis,ut dictum eſt. poſſumus ẽt ad hoc aliam dare reſponſionem,ꝙ iſta ẽ,Quod ſubici:pati:rcipe:& huiuſmodi ſ3 aliam rõnem ꝯueniunt aïæ:& mẽ primiæ. Na3

certum ē ꝙ mā prima recipit aliquod ī trāſmu/
tatione:& motu,ſed omnis tranſmutatio:et mo
tus ad localem motū ſicut ad primū:& comuni
orem reducič:ut ī 8. phicoꝝ ꝓbatur. Sequitur
in illis mām inueniri,inquibus ē potētia ad ubi,
iſta.n.ſolū corporalia ſunt,q̄ circum ſcribunč
loco,& ideo nō inuenitur mā niſi in rebus cor/
poralibus,ni quis Equoce mām ſumere uellet.
Anima tñ cū tranſmutatione,& motu non reci
pit,ſed potius per ſeparationem à motu,& a re/
bus mobilibus(ut habetur 7. phicoꝝ)ubi dicič
ꝙ in quieſcenda fit aīa ſciens,& prudens.Qua/
re ēt a phō ferč 3. de aīa intelligere dr̄ pati,alio
mō q̄ ſit paſſio in rebus corporalibus. Et iō pʒ
eos nihil dicere:Hoc aūt qđ dixi ſm eos dictū ē
q aīam poſuerunt nullo pacto ex mā,& forma
eſſe ꝯpoſitam,nec ex mā quāta,nec ex mā ſpiri
tuali.℄ Sʒ qa aliq dixerūt aīam habere aliqualē
ꝯpoſitionē mē ſpiritualis.ſ.qa in ea repič actu/
alitas:& poſſibilitas cū ſit per ſe apta nata ſubſi
ſtere:agere & pati,mouere:& moueri,dixerunt
ipſam habere intra ſe fundamentum ſuæ exiſtē
tiæ & pncipiū māle ueꝝ mā ipſa ſʒ eos eleuata
eſt ſupra eſſe extenſionis,& priuacionis & cor/
ruptionis q̄ mām ſpūalē uocant.Quā qdē opi/
nionē ut dictum eſt ſecutus ē Santus Boñ.2.ſēt. Sant⁹ Boñ.
diſt.17.q.2. Quicquid fit,illi non intellexerūt 2.ſen. diſt.
de hac spūali mā,ſʒ de pncipio māli,q̄tū ad eē 17.q.2.
extenſionis.Qua de re antiquoꝝ dicta nulla re-
manent.℄ Ad eoꝝ ğ aliam rōnem dicamus nō
eſſe uerumſimiliter,ꝙ q̄ nō hñt mām,non hñt

causam sui esse:qa causa essendi mē forma ē,& similiter ē agens.Vnde agens inq̄tum redducit mām in actū forme,transmutādo est ei essendi causa,forma aūt subsistens,non h3 esse p aliqd formale principiū,nec similiter causā de potentia in actū transmutātē.Vnde ꝯcludit a pħo 8. metaphisice.Qd inhis q̄ sunt ꝯposita ex mā & forma non nisi mouens alia causa est ex potētia ad actū.Quæcunq; ḡ non hn̄t mām oīa simplr sunt quisi uera entia aliquid. Ista sunt Pħi uerba.Quare dicimus ꝙ l3 aīa habet essendi causam non pp hoc habet mām,quia cū sit forma subsistens,nec h3 principiū essendi formale,nec causam transmutantem de potentia ad actū fm tn̄ Boñ.Diceret aīam habere principiū māle intra se,fundamētū suæ existentiæ.ut dictū ē,q̄ est mā spūalis,& non mā extensionis,& mixta priuacioni,ut antiq uoluerunt.Quare eoꝝ opinio oīo ē reprobanda.¶ Ad ultimā eoꝝ rōnē dico differre! ī creato quolib3 quo ē,& qd ē,& quo agit:& qd agit,tn̄ ex hoc cōpositionē in aīa ex mā:& forma ponet non op3,quia si aīa ē,hoc ē per eē sibi additū,ut ēt in ea,aliud sit eē:& aliud id qd ē,nam essentia aīæ ē per eē & non ē suu3 eē,sed participat eē sic,& si aīa agit.hoc est per suas potētias,q̄ non sunt idē ꝙ aīa,aliud ē aīa q̄ agit,& aliud est poenttia qua agit,q̄ aīa ꝓprie agere nō dicat sicut nec. ꝓprie dr̄ intelligere,s3 hō agit,& intelligit per aīa3 ut habet primo de aīa.¶ Ad illos uero q eam corpus esse ponunt l3 in capl'is superioribus hoc reprobatū sit per

Verba Pħi 8. meth.

maiori

maiori tñ eoꝝ confusione hic iteꝝ eos reprobabo. Dicant ḡ mihi, an duo corpora pñt esse simul certe nō ut habetur 4. phicoꝝ, Sed si aïa corpus esset, tunc duo corpora essent simul, qa uita stante, aïa non est a corpoř separata, immo est corporis forma, ḡ aïa corpus non ē, cū nullū corpus possit esse forma. ℭ Ampli⁹ ut dicit̃ 8. phicoꝝ Omne mouens se ipsum ex duobus cōponitur, ut ibidē hētur quoꝝ unū ē mouens, & non motū reliquū uero motum: Cū aūt animal mouens se ipsum sit: in ipso aūt aïa mouens erit motum uero, seu quod mouet̃ corpus. Sȝ nullū corpus mouet ſm phm nisi motum, Sic igit̃ aïa corpus non est cū mota non sit sȝ mouens quat̃ pudeat hoc dicere. ℭ Ad huc ut habet̃ a Principe in pñtis Omne corpus ē diuisible, ideo contingit diuidi in infinitū. Sed omne diuisibile, aliquo uniente, & eius partes continente indiget. Si. n. aïa corpus esset aliquid alíud continens habebit, quod tale aïa erit. Sed nulli dubium ē recedente aïa corpus dissolui, tunc quæro si illud iteꝝ diuisibile sit, ita uel ne? Si sic quærendū ē iterū ut supra, & sic de illo alio, & sic ꝓcessus esset infinitus, quod esse non posset, uel deueniendū est ad aliquod indiuisibile, & incorporeū quod aïa est: si dicat̃ non, ḡ illud tale ē principiū indiuisibile similiter, & incorporeum quod intentū habet̃. ideo hi nihil dicunt, dicendo aïam eē corpus. ℭ Præterea quæro iteꝝ ab eis. An uiuentia cū res nāles sint, ꝯposita sunt ex mā, & forma? certe non negarēt ꝙ sic, ḡ componunt̃ corpor̃,

Ar. in prædicamentis.

& aīa, quæ quidē facit uiuētia in actu. Quare ne cesse est istoꝝ alteꝝ esse formam alteꝝq; mā3. dico ḡ an corpus posset esse forma certe nō: qa corpus non est in altero sicut in mā & forma: Sed aīa sic igitur aīa erit, Si forma ḡ non corp?. ¶ Præterea non ne uiderunt aīæ operationem intelligere eē: cū alicuius corporis actio esse non posset. Quomodo ḡ ipsa aīa esse posset? Quāt rectius fuisset eis tacere q̄tam grandem insaniā asserere. Nec tñ quis mireť si sæpe sæpius in istorum reprehensionem uenio cum semel sufficeret. Sed hoc tm̄ efficere uolui tum ꝓ eoꝝ confusione maiori (ut dixi) tum quia minime congratulari possum, dū uideo eos tam impie in phia loquentes, nulla uenia indigentes. Immo continue ac continue lacerari debent. Qua pp ab omnibus ueniam de re hac peto, oransq; ne eis superfluus uidear. Ideo ad pñs ad eoꝝ rōnes responsurus uenio. ¶ Ad eoꝝ primam rōnem dico uerum esse, q̄ op3 mouentis ad motū esse aliquem contactū, negando tñ cōtactum non eē nisi corpoꝝ, cum duplex sit cōtactus q̄titatis, & uirtutis (ut habetur ab Angelico doctore Sancto Thoma prima parte q. 75.) ar. primo respōdēdo ad tertiū argumentū, primo qdē mō corpus nō tangiť, nisi a corpore, & talis contactus non est nisi corpoꝝ 2. mō corp? h3 tāgi a re ī cōpořa q̄ mouet corp? & talis ɔtact? ē aīæ ad corp?, ipsi tñ hoc nesciētes oēm ɔtactū corpoꝝ esse dixerūt. Qñ uero dicunt aīam eē corporis motricē, & tñ non ita mouens q̄ nō moueatur, cū omne q̄d

Angelicus Doctor. p. p. q. 75. ar. primo.

mouet ab alio moueatur aliter esset processus i infinitum: dico q non ē necesse dicere q omne moués mouet, qa sicut ondit 8. phicoꝝ est qđ dā mouens penitus in mobile qđ nec p se, nec p accidés mouet, & tale moues pōt moueri motum uni formē semp. Sed ē aliud moués qđ nō mouet p se, sꝫ mouet p accidés: & pp hoc non mouet motū uniformē. Qđ tñ mouens aīa est. Est aliud mouens qđ p se mouet sicut corpus. Antiq.n.cū non credebant eē nisi corpora, ideo dixerūt q omne mouens mouet, & q aīa per se mouet, & iō corpus ē. Arist.tñ rectius hoc inue stigauit ut appꝫ 8. phicoꝝ ut dictū est. ¶ Ad illud uero de filii ad prem assimilacione dicam⁹, ut iam diximus cū ad illoꝝ rōnes respondim⁹, q aiam ɔplexionē eē dixerūt, q complō corporis aliqualiter p modū disponētis causa est passionū aīæ, iō filius assimilat genitori in accidentihus aīæ, tñ aīa non cōpatitur corpori nisi p accidens, qa mouet p accidés ad corporis motū, cū eius forma sit. Et sic ēt aīa seperat a corpore nō sicut tangens a tacto, sꝫ sicut forma a mā, q̄uis aliqs tact⁹ sit in corporei ad corp⁹ ut dixi, ḡ habitis his q̄ a doctrina in fallibili S. Thome accepi facile patere pōt ꝑ genitores nr̄os nil ueritatis dixisse in hoc. Ideo taceant, cū rectius sit tacere q̄ male loq. ¶ Ad ultimam eoꝝ rōnē respondeam⁹, ɔcedēdo quæq; hominis, leonis, ceruiq; mēbra differre, non tñ pp hoc seqt q aīa hominis sit figurata, sicut sunt figurata mēbra. Erit ḡ illa similitudo de diuersitate mēbroꝝ, & diuer-

Ar. 8. phisicoꝝ.

sitate artium,& diuersitate organorum,ut quia est alia res metallaria,aliaq; carpentaria,iō alia sunt organa uel instrā huius,uel illius,& q̄a mē/bra sūt q̄dā aīæ q̄dā organa,p q̄ aīa suas opaci/ones exercet,sm q alie sūt aīæ,alie sunt opatio/nes,& ideo op3 q alia sint organa,alia membra.

Phus 1. de animas.

Qua de re hæc Phus in primo de aīa cōsiderās Pythagoricos reprahendit tanq̄ fabulas narran tes,dum dixerant q aīa exiens de uno corpoř in aliud ingrediť diuersum specie,dixit ipse Arist. q si hoc ue℞ esset nil aliud esset diceř nisi q una ars intrat organa alterius.Et ideo dicēdū ē aīam nō eē corpus q̄uis p corporis membra sua opa exerceat.

Rephēsio Pythagori/co℞ Arist.

℄ Relinqtur igiť respōsum fuisse om nibus illis q circa aīam seu aīæ principiū diuersi ficati fuerunt,ut iam uisum ē,eo q ipi ponebāť principiū māle.Contra quos ē,tñ Aug.in libro de quantitate aīæ ubi ait.Non ex his notis,usita//tisq; naturis aīa facta est,quas istis corporeis sen sibus tangimus. Nam neq; ex tra,neq; exaere, neq; exigne n3 ex his omnibus,neq; ex aliis cōiū tis ho℞ ꝯstare aīam puto.hæc ille.

Aug. lib. de quātitate aīæ.

℄ Nunc tñ rōnibus illis respondebo,q̄bus antiq p̄res aīam ex p̄iacenti mā ꝓductam eē moti sunt asserere. ℄ Ad illud g̃ qd' dicunt oēm cognitionem per aliquam similitudinem fieri,dicimus minime fo re necesse q similitudo rei cognitæ i mā cogno scentis actu sit,s3 si aliqd sit,quod prius ē cogno scens in potentia,& postea in actu,op3 cogniti similitudinē actu in cognoscentis nā non eē,s3 in potentia tm̃,ut manifeste exemplum habetur de

colore q qdem actu in pupilla non est, sed in potentia, qa non op3 ꝙ in nã aĩæ sit reꝝ corporearũ similitudo in actu, s3 ꝙ sit in potentia ad hui⁹ modi sĩtudines, & iõ antiqui nãles aĩam corp⁹ eẽ ponebant, quia inter actum, & potentiã distinguere nesciebant, & iõ dicebant ꝙ ad hoc, ut cognosceret oĩa corpora ꝙ ex omniũ corpoꝝ pn cipiis esset composita, nescientes tñ inter cognicionis potentiã, & mẽ, distinguere, quare absurda est illoꝝ opinio. ¶ Ad id ḡ qđ dicunt ꝙ aĩa oĩa cognoscit & iteꝝ cognitio est p reꝝ principia, dico superius responsũ eẽ cũ posuimus aliaȝ eẽ cognitionis potentiã, aliãq; m eẽ Et qñ dr̃ ꝙ illa existũt in aĩa p assimilacionẽ cognoscẽtis, & cogniti, quæ qdẽ assimilatio est p reꝝ intẽtiões, & non p eaꝝ essentias. dico eoꝝ rõ nihil cõcludit, quia iam sæpe dictũ ẽ quo pacto reꝝ cognitio ẽ p principia reꝝ. i. inq̃tum illaꝝ reꝝ silitudines sunt in aĩa, & non ut ipsi poluerũt talẽ assimilationẽ fieri ꝰm formã eẽ pfiitientẽ, qđ qdẽ esse non põt ut declaratũ est. Hæc ḡ q dicta sunt l3 prima facie ad hanc mãm spectare non uideãtur nihilo minus quia ponũt isti pñtes aĩaȝ ex pĩacenti mã formatã, qđ nos omnino negamus, ꝰ3 pipeteticoꝝ sentẽtiã, ac ueritatẽ iõ, hæc hic asserẽ uolui, alia tñ ad locũ oportunũ relinquẽdo, & maxime ĩ 1. de aĩa, ubĩ lati⁹ ista determinãt. Primo de aĩa latius determinant.

CAPITVLVM XXVI IN QVO PRObatur aĩam rõnalem a Deo ꝓductã esse per creationem.



Abito.n.in superioribus animam nullo pacto esse corporeã,nec ex aliquo mali principio,aut ex præiacenti mã ꝓductam.Ad pñs mihi uisũ est declarere aquo in eẽ ꝓducta sit,an.s.p creationẽ a summo opifice deo glorioso.¶Nam clare uidere poterimus siquis pdicta recte ꝯsideraverit.ipsam creationẽ ꝓduci,qđ sic esse ꝓbat᷑.Certum.n.est rõnalia aĩalia esse habere ab ipsa anima intellectiua,ipsamq; a Brutis differre,ĝ ipsam esse habere dicẽdũ est, cũ tñ uisum sit nõ esse mediante semine,ut aliæ substãtiales formæ productã,nec ex aliquo alio principio per gñonem.Et omne ꝓductũ, aut p gñonem,aut p creationẽ ꝓductũ ẽ,aĩa uero nõ per gñonẽ,ut probauimus remanꝫ ĝ ꝓductam fore,seu fuisse per creationẽ,qđ quo pacto fiat declaraturus uenio asserendo tñ (ut Sancta mater christiana religio uult,) aĩam ipsam intellectiuã a deo ex nihilo,p ut distinguit̃ ꝯ præiacẽtem mãm,creatã dum corpori infundit᷑.Nec disputandum censeo qualiter deus possit ex nihilo aliquid facere,cum sit omnipotens oĩa potẽs Voluit aĩas de nihilo creare,sicut angelos creauit.¶Quod autem ducta sit in esse a deo p creationem ita ꝓbatur.Illud.n.cuius substãtia,nõ est suum esse,sui esse auctorem hꝫ hoc.n.notuꝫ est,cũ omne qđ est,ab alio necesse est eẽ,nisi ipse sit suũ esse.Sꝫ aĩa humana non est suum eẽ,cũ solius dei sit,ĝ aĩa hꝫ causam sui esse actiuã.hoc stante Quod esse p se hꝫ,per se ẽt agit,& ita qđ

hʒ esse ab alio, non per se fit, sed ab alio facto, ut in nãlibus exẽplo uidemus. Nã igne gñato ignis forma fit. Sed intellectiua aĩa ultra alias substantiales formas hʒ quia ẽ in suo esse sufistẽs, ac suum esse propriũ corpori comunicat, ĝ præter aliarũ formarũ modũ, q̃ p accidẽs fiunt, compositis factis, aĩa p se hʒ suũ fieri. Sed ut probatũ ẽ humana aĩa non hʒ mãm ꝓ sui parte, iõ nõ põt fieri ex aliquo sicut ex mã, ĝ dĩm est eam ex nihilo fieri, & sic ꝓductam esse p creationem. Cũ igit̃ creatio opus sit ꝓpriũ dei ut in pñtiarũ probabo, sequitur ĝ ꝗ a deo creatur. Quod autẽ creatio sit ꝓpriũ dei opus, ita ꝓbatur. Secundũ.n. ordinem agentiũ ẽ ordo actionum. Nam nobilioris agẽtis, nobilior ẽ actio, ĝ opʒ ꝗ prima actio sit ꝓpria primi agentis. Sʒ creatio ẽ prima actio eoꝗ ipsa nullam aliã actionem psupponat, imo oẽs aliæ eam præsupponũt, ĝ creatio solius dei q est primũ agens est propria actio, hoc ẽt ꝯfirmatur. quia omne quod ẽ, hʒ esse essendi, ab uli causa, ĝ nihil põt esse ab eo nõ creatũ, nisi ipse, sic nil aliud est aĩalis causa essendi, nisi ipse de⁹, ĝ creatio nulli alio ꝯuenire põt. iõ ut ei⁹ ꝓpria actio soli deo competit, relinqtur ĝ rõ nr̃a uera.

¶ Amplius ꝗ aĩa ꝓducat̃ in eẽ a deo p creationẽ ita ꝓbatur. Rei.n. finis dʒ eius principio respõdere, qa tũc rem perfectam esse dicimus, dũ ad primũ principium ꝑtingit, uel p sĩtudinẽ, uel quocũꝗ alio mõ. Videamus ĝ finẽ rõnalis animæ, & certe dicimus ꝗ finis eius ẽ, ac ultima eius ꝑfectio, ut totum ordinẽ creaturarũ transcen

dat, per cognitionem & amorem, ac ad primū principium, qđ deu est pertingat, ğ ab ipso eter no deo hȝ in mediate ꝓpriæ suæ originis princi pium, ğ per creationem a deo ꝓducta est in eē, hoc ēt ꝯfirmatur dicto Gēn. primo ubi dr̄. For//mauit. n. deus homines de limo terræ, & inspira uit in faciem eaus spiraculum uitæ. i. spūm fecit qđ pro aīa iitelligitur. Quod ēt hoc uerꝫ sit ita uideri pōt. s. animam ipsam rōnalem fieri non posse nisi p creationem, pȝ per primū gen̄. Cre auit. n. deus hominē ad imaginen suam. Nam hō ad dei imaginem ħȝ animam est, ğ anima exiuit in esse per creacionem. Quod confirmatur qa ipsa anima intellectiua dum taxat per creacionē ducitur, & non aliæ substātiales formæ: quia cū fieri sit uia ad esse, hoc mō alicui ꝯpetit fieri, si//cut ei competit esse, Sed illud ꝓprie esse dicit̄, quod ipsum esse hȝ quasi in suo esse subsistēs, Qua pp substātias tantúmodo eē habere dicū/tur, ut habetur II. meth. ubi uult Phus accidens non esse ꝓprie ens. sed entis. i. ſm ueros glosan tes substantiæ, q̄ ꝓprie est ens. Q r̄ accidens non hȝ esse, sed eo aliquid eē, & pp hoc ens dicitur sicut nigredo, uel aliꝰ color ens dicit̄ qa ea aliqd ens nigrum, uel alio colore coloratum. Eadeȝ. n. ratio est de omnibus aliis formis non subsisten tibus, & ideo nulli formæ non subsistenti ꝓprie fieri conuenit. sed fieri dicuntur per hcc qđ cō posita subsistentia fiunt. Cū. n. rōnalis aīa forma sit subsistens, qđ si negares statim ꝓbabo iō sibi competit ꝓprie fieri, & eē. Et cū ꝓbatum sit su/

Hō ad imaginē dei creatus.

II. meth. hr̄ a pħo accidēs nō eē eē ꝗntis.

perius non posse ex præiacenti mā:neq; corporali fieri:quia sic eēt corporea:quod improbatū est:non esse:nec ēt esse posse,ex spūali mā ſm aliquos(& præsertim Augustinus)qui noluit aīa; ita ex nihilo creari,eoq; non creat̃ ex eliqua p̃iacēti mā tñ ſm aliqcs fieri ipsam ex spūali mā sic non tñ pp hoc sequit̃ q; non sit pducta ex aliquo:qa ſm eum q̄cq̄d fit ex nihilo : fit ex aliquo sed non p̃iacente,ue3 de aliquo cōcreato.& ponit ēt q; aīa est ex nihilo ordinaliter:s3 ex aliquo substantialiter:quia fit ex aliqua substantia spirituali quā mām spūalem appellabat:dixit.n.hoc Aug.eoq; sicut corpora sunt cōposita ex mā proprie sumpta:& forma q̄ est actus eius:sic aīa est cōposita non ex mā proprie sumpta,sed p suo gñe,quia est cōposita est potentia,& actu:siue ex sua nā:& ex suo esse.Hæc g̃ ē eius opinio,quam secutus est dñs Boñ. & domin9 Egidius romanus in 2. sñia3.Sed salua pace uiro3 tanto3,si hoc ue3 eēt seq̄ret̃ q; tūc spūales substātiæ īuicē transmutarent̃,g̃ necessariū est dicere ipsā intellectiuam aīam ex nihilo per creationē fieri.Q d' aūt rōnalis aīa subsistēs sit forma pbat̃.Cū aūt pbauimus aīam ipsam nullo pacto esse corpus: & tñ dicimus ipsam habere opationē ppria3 p se,cui non comunicat corpus ut dictū est supra. Nihil aūt p se opari pōt,nisi quod p se subsistit: cū aūt opari nō sit nisi entis in actu:quia eo mō aliq̄d operatur quo est qua pp nō dicimus q; calor calefacit s3 calidū,g̃ relinq̄tur d̄ā m aīa3 humanam eē aliquid in corporeū per se subsistēs.

August.
Boñ.ibidē ut supra.
Ag.
Boñ.
Egidius.
eē nō pōt

Omne qđ ꝓducitᷓ aut gñatᷓ p se uł p accidens uł creetur.

¶ Amplius induco ēt aliā rōnē aīam ipsam ꝓ/ductam esse p creatiouē a deo: Omne illud qđ ia esse ꝓducitur, aut gñatur per se, aut per acci/dens, aut creatur non datur alius modus; ſ; aīa humana non gñatur per se. cū composita ex mā, & forma (ut ꝓbaui superius) non sit, n3 ēt gñatᷓ p accñs q̄a tunc per corporis gñonem. ut ēt ꝓ/batū est. q̄ ex uirtute seminis est gñaretᷓ: hoc aūt esse impossibile in præcedēti tractatu dictū est: in quo difficultas hæc disputata est. Sed aīa hu/mana de nouo eē incip t: cū æternam eē non dr. q̄ corpori p̄existit ut oia hæc superius iam decla rata sunt, relinq̄tur ḡ in eē per creationē exitᷓ qđ solius dei est. Et cū creatio nō sit nisi aliq̄d ex ni hilo factio, ḡ dicimus ipsam rōnale aīam ex nihi lo a deo eē creatā: quod tñ firmiter, audacterq; dicere audeo: maxime cū ꝓbatū sit superiꝰ aīa3 ipsam ex nulla p̄iacenti mā eē ductam: & tñ (ut ꝓbaui) eē h3 per se subsistens: ḡ ex nihilo creata est: q̄a nil aliud est creare q̄ absq; mā p̄iacenti a liq̄d ī eē ꝓducere. ¶ Nec obstat ad hoc antiquo rū phiorꝫ sententia, q̄ ex nihilo nihil fieri asserit ut ab Arist. p̄mo phicorꝫ asseritᷓ, dū de antiquo/rum sermonibus locutus fuerat circa rerū prin/cipia: cuius oppositū ꝓbo. Ponamus ḡ aliq̄d eē dei effectū ut puta .a. aut .a.i. illi effectui p̄existit aliq̄d: aut non. Si uero dicatur q̄ non nr̄a q̄dem sententia uera est deū. s. ex nihilo aliq̄d facere: & sic a ex nullo præexistente ducitur. Si uero aliq̄d ei p̄existere dicitur: aut est ꝓcedere in infinitū quod in cāis nālibus ut Arist. ꝓbat in 2. metha/

Ar. primo phicorꝫ

Ar. 2. meth.

philice possibile non ē:qa tūc q̄rendū eēt de ip-so p̄existēte:an ex nihilo,aut ex aliquo alio p̄exi stente ducatur &c. :aut ḡ erit deuenire ad aliqd' primū qd' qdem aliud non p̄supponat,qd' ipe deus eē non pōt:qa ipse alicuius rei mā̄ esse non pōt(ut oēs asserūt)cū fatue dicant q eum corp⁹ eē dicūt:ut superius a me ꝓbatum est,nec ēt pōt eē aliq'd p̄ter deū cui deus non sit essendi cā̄: qa omne quod ē a deo tāq̄ a prima cā̄ ē,ut ꝓbabo: relinqtur igitur ꝙ deus in sui effectus ꝓductiōe mām piacentē ex qua operetur non reqrit. Sin aūt negatū fuerit deū non eē omniū causam essē di,p̄termissis sacræ scripturæ authoritatibus:ut dr̄ in ps. Qui fecit celū & terram,mare,& oīa q̄ in eis sunt. Et Gen̄.1. In principio creauit deus cælū,& terram. Terra aūt erat inanis:& uacua. Et Iohis 1. Omnia per ip̄m facta sunt,& sine ip so factum est nihil. Et Rom. 11. ex quo oīa per quem oīa & quo oīa ipsi gloria:id ita rōnib⁹ ꝓ betur: Quod.n.alicui ꝯuenit ex sui nā̄:& non ex aliqua cā̄:minoratū.In eo & deficiens eē nō pōt Sȝ si subtrahatur:uel addatur aliquid essentiale erit iam uariata nā̄ illa:& erit altera ut pōt exē plo uideri in numeris.inqbus si unitas addatur uel subtrahatur uariatur spēs.Si aūt nā̄ uel qddi tate rei integra manente qd inueniatur minora tum iam pȝ illud non simpl'r dependere ab illa nā̄:sed ex alia aliqua cā̄ per cuius remotionē mi norarur ḡ qd' alicui cōuenit min⁹ q̄ aliis ex sua nā̄ tm̄ ei non conuenit:sed ex alia cā̄ ḡ illud erit omniū cā̄ in gn̄e aliquo cui maxime illius gene

Gen̄. 1.
Ioh. 1.
Rom. 11.

re pdicatio conuenit sicut patet: in omnibus .n. calidis causam eẽ caloris,quod maxime calidũ ẽ & sic omniũ lucidorũ eẽ causam,quod est maxime lucidũ.Cũ aũt deus sit maxime ens(quod negari non põt)ḡ ipse erit causa omnium deqbus ens pdicatur.hac ḡ rõne habem⁹ intentũ deuз.s. omniũ eẽ causam essẽdi,ac cũcta ab ipso pcedere.¶ Ad illoꝶ ḡ antiquoꝶ rõnem ex nihilo nihil produci ita respondemus dictum illud in agentibus particularibus eẽ ueꝶ:non aũt in agẽti uli:cũ ule agens põt ex nihilo aliqd facere:cũ sit oĩa potens,ad cuius ulis agentis cognitionẽ: quod totiũ ẽ eẽ actiuũ:antiq illi neq̃ puenerãt: & in cuius operatione nihil psupponeẽ oportet. Nimiꝶ ḡ ẽ si q oĩa ex nihilo pduxerat,aĩam ipsam ex nihilo ducat.Quare his rõnibus pз aĩam rationalem a deo ex nihilo eẽ creatam;cuius oppositum non nulli tenuere phi.ut superius illoꝶ sentẽtiæ sigillatim posite sunt,q̃ tñ disposito ac organizato corpore,p tali introductione:a deo infundendo creatur,& creãdo infunditur:& sic pз ad corpoꝶ mltiplicationẽ creatæ mltiplicaẽ ut ex superioribus dictis percipi põt.

CAPITVLVM XXVII. IN QVO DIsputaẽ aĩaз rõnalẽ eẽ creatã spũalẽ,atq̃ in mãlẽ.

REstat iam modo uidere quo iam pacto creata sit.Et quia ut dictũ est non ex aliquo mãli principio,nec ex elemẽtorũ cõmistione,nec ex mã et forma,nec cor

pus eē pōt.ideo concludendum censeo,ipsam in mālem,ac spūalem eē creatam:maxime cum ipsam uidemus non solum absq; mā:& mē ꝯditionibus,species recipere.sed nec ēt ineius propria operatione possibile est cōmunicaꝛ aliquod corporale organū:ut sic aliquod corporeū sit intelligendi organū:sicut oclus.q organo indiget ad uideudū,quæ oīa 3. de aīa hñtur:ut ex partis in eius doctrina manifestatur. Qua de re aīa ipsa rōnalis ab aliis substantialibus formis distingui tur:cū aliæ oēs ultra mām non se extendant:nec per se,sicut rōnalis,sunt subsistentes cum nō habeant aliquas operationes per se ipsas proprias ut uideri pōt de anima sensitiua:cū eius opatio sit coniuncti,nec eaꝝ operationes sine corporeo organo exercentur,Ideo ipsa rōnalis anima spūalis ē & in corporea.Quod ita eē sic a præclaro dño Alexandro de Ales. in 2. sentētiaꝝ probaꝛ ubi in quit. Videmus.n.q̄dam corpora q̄ non nutriūꝛ,nec augmētantur:nec gñantur:nec mouentur.nisi motu uiolentissimo:ut lapides.Quædam aūt q̄ ntriūtur:& augmētantur:ut plante,q̄dam uero q̄ ultra hæc mouentur,& sentiunt : ut animalia,q̄dam q̄ ultra hæc agunt rōne.Si g̃ haꝝ operationū esset corporeitas principium:& cā: tūc ī oīb⁹ corporib⁹ inuenienꝛ.S3 hoc falsum ē: g̃ illud a quo illæ operationes perueniūt nō erit corpus.sed anima q̄ spūalis substātia ē.In super uidemus actiones in q̄bus ꝯueniunt uegitabilia: & animalia:& homines nutrire.s.& generare. Et uidemus actioēs comunes hominibus:& bru

Alexāder d̄ Ales. 2. sēt.

tis inqbus non cõmunicãt uegetabiliaẽ ut sentirẽ: & imaginari: & uidemus alias q̃ sunt ꝓprie ho/minibus, ut rõcinari: & intelligerẽ, & inter bonũ & maluz: uerum: & falsum discernere: & huius/modi. g̃ erit in uegetabilibus principiũ gñnis qđ qdẽ ẽ anima uegetatiua: in brutis principiũ mo/uendi, & standi quod ẽ aĩa sensitiua, in hominib⁹ uero principiũ ratiocinandi: & intelligendi qđ est aĩa intellectiua. Iste g̃ oꝑationes non possũt eẽ a corporea, ac substantia mãli in hominibus: g̃ ab imãli & spũali q̃ aĩa est. Quare aĩa ipsa

Auguſt. spũalis est. ¶ Pro cuius rei ꝯfirmatione August. dictũ assumamus, q ait animã esse substantiam in corpoream: regentem corpus. Nec qd ueritatis obtinere dicimus antiquorũ patrũ authoritatem: qui sola corpora eẽ dicebant. Et qđ corpus non est: nihil est: immo deũ maximũ corporum ponebant, quam qdẽ sententiã sup̃ri⁹ reproba/

Ioh. 4. uimus eoqꝫ deus spũs ẽ. ut habetur Iohannis 4.

Sap. 7. Et sapiẽtiæ. 7. Est aũt i illa diuina sapiẽtia spũs intelligẽtie, q capiat oẽs spũs intelligibiles lõ angeli subæ spuales eẽ dicũt: ac ẽt aĩæ spũalesqꝫ sunt. Qđ aũt de⁹ spũalis substãtia sit: nec non spũales

Lactãti⁹ li/bro 7. diui. inst. c. 9. substantiæ reperiri possent: audias Lactantium lib. 7. diuinaꝝ institutionũ c. 9. q de deo inuisi/bili refert Quare deus ab homine uideri nõ põt ne quis tñ putarẽt ex eo ipso deũ nõ esse: qa mor/talibus oculis non uideretur: inter cætera suorum institutoꝝ miracl'a fecit ẽt multa quorũ uis q̃dã appareret: substantia aũt non uidicetur: sicut est uox, odor, uentus, ut harum rerum argumen/

to & exemplo: etiam deum licet sub oculis non ueniret, de sua tñ ui: & effectu, & operibus cerneremus hæc ille. ¶ Ex hac enim authoritate ꝑcipi pōt deū spūalem suastantiā eē, animāq; spiritualem posse creare: quāuis illā minime cernamus: nisi eius tm̃ opationes. Dicant ğ isti antiq patres q oīa solummō corpora esse dicebant. Quot .n. sunt operationes q̄ lȝ p corp⁹ exerceātur: tanq̄ p instrumentum: tñ ab aīa & non a corpore procedūt. Quanta enim est reꝝ præterita rū memoria? Quanta circa futura ꝓuidentia? Quot picturæ? Quot artes? Quot circa res acq rendas ingenia? Quot ad capiendū aues pisces ferasq; indomitas distinti modi? Quot ad pugnandū inuenta arma? Quot ad mare ingrendū pertrāseundumq; dispositiones? Quotq; ad scientiam capiscendā artiumq; liberalium ueritatē sciendam? quæ tñ oīa in homine reperiunť Et id genus alia quæ si dicere uoluissem non mō lingua: sed calamus in scribendo deficeret. Vnde ne ista? a corpore ne? certe non quia si tunc a corpore, oīa. n. corpora hæc efficerent. ğ ab aīa: q̄uis ocl'is ꝓpriis uōuideať cū spūalis sit: q̄ oculis corporeis capi non potest: lȝ .n. homines aīæ nām scire cupientes: ab Aurelio Augustino in libro confessionum reprobanť dicente. Erūt homines curari alta montium: in gentes fluctus: maris, & altissimos lapsus fluminū, oceani ambitum, & giros siderum: & seipōs relinquunt nec miranť. Et isdem Augustinus libro de spiritu: & aīa ita refert. Quoniā dictū ē mihi. ut me ip

Opatioēs multe q̄ ꝑ corp⁹ exerceńť tñ ab aīa & nō a corpore ꝓcedunt.

Aug. lib. de spū & aīa.

sum cognoscam:non possum substinere ut me habeã in cognitũ. Magna aũt negligentia est nescire quid sit illud quo celestia tam ꝓfũde cogitamus:nãlia tam sublimi indagatione inuestigamus:& de ipso quoq; creatore nr̃o tam subtilia desideram⁹ scir̃. Nec ẽ res pegrina:nec lõge qđ a modo:quo ipsa sapimus,sed ad ẽ semper nobiscum:tractat:loqtur:& intus uersatur. Datũ est illi tam ingentiũ reꝝ scrire secreta:& se:ipsum cognoscere non põt,hæc ille. ¶ Qua ꝑ ꝑ cõcludo aiam ipsam intellectiuam a deo eẽ creatã dũ corpori infundiẽ:& ad corpoꝝ multiplicationẽ mltiplicari,& creari ex nihilo:ipsamq; incorpoream:spũalis subæ existere:immo omni corpore meliorẽ,ac nobiliorem.cum finis omniũ corporũ sit. Immo & omnium reꝝ quæ sunt ut Arist. ait secundo phicoꝝ. Quã qdem sententiã uoluit Vgo in libro de arra sponse:ubi dicit. O q̃mirãda ẽ omniũ elemẽtoꝝ cœloꝝq; uaria pulcritudo. Quanta est in omnibus creaturis creatis bonitas:quantaq; in cunctis utilitas:immo audi o aĩa pigra qualiter tibi seruiunt uniuersa. Respice uniuersum mundũ,& considera in eo si aliquid ẽ quod tibi nõ seruiat. Omnis nãq; creatura ad hunc finẽ dirigit cursum suũ:ut obseqis tuis famuleẽ:& utilitati deseruiat:tuisq; oblectamentis pariter:& necessitatibus ꝓm affluentiam indefitientem occurrat,hoc cœlum,hoc tr̃a: hoc mare,hoc aer,cum his q̃ sunt in eis uniuersis explere non cessant hæc illa. ¶ Quod si ꝑ aliquos dictum fuerit oĩa ista ad humanum corpus

Arist. 2. phicoꝝ.

Vgo ĩ li. đ arra spõse.

referri:

referri, sine dubio respondeam⁹ corpora ista eē pp aīam quia ut ait Arist. in 2. de aīa. Omnia. n. corpora phica aīæ instrumenta sunt sic animalium, sic plantarū, tanq̄ oīa aīæ extrinseca, ḡ corpus organicum instrumentū est aīæ. Quod ēt authoritate Augustini cōfirmať in libro soli loquorum Omnia dn̄e q̄ dicūtur subpedib⁹ hominis subiecisti, ut solus hō super oīa tua, tuus esset totus. Exteriora nāq; ꝓ corpore cūta creasti, ipsū uero ꝓ aīa, aīa3 uero ꝓ te, ut tibi soli uacaret, te solū amaret: & possideret ad solatiū. Ergo si oīa pp corpus, corp⁹ uero pp aīa3, ḡ magis oīa pp aīam qa pp unūqd̄q; tale & illud magis. Ideo nulli dubium sit aīam nobiliorem eē omni corpore, & iō spūalem, in mālem, ac incorporeā eē eo modo ut supra dictum est a deo creatā, hæc ḡ de ipsius animæ creatione suffitiant.

Arist. 2. de anima.

Aug. libro soli loquorum

CAPITVLVM XXVIII. IN QVO ostenditur an aīa ipsa in mediate a deo creetur, an mediantibus angelis &c. uel mediate.



NE ḡ diminutim ire hac loq uidear Expeditus an anima intellectiua a deo creata sit, in p̄sentiarum si i mediate ab ipo creeť, an mediate, uel āgl'is mediātib⁹ diceť decreui. Cū enim non nullos reperio aīam ipsam mediante natura angelica idest angelis mediantibus deum creasse asserentes expræsse. Dicebant. n. non nulli phi deum creasse primā substantiā separatam tantūmō: ab illaq; prima secundam creari a

fitate artium,& diuerfitate organorum,ut quia est alia res metalloria,aliaq; carpentaria,iõ alia sunt organa uel instrã huius,uel illius,& q̃a mẽbra sũt q̃dã aïæ q̃dã organa,p q̃ aïa suas opaciones exercet,ſm q̃ alie sũt aïæ,alie sunt opationes,& ideo c p3 q̃ alia sint organa,alia membra.

Phus I. de animas. Qua de re hæc Phus in primo de aïa cõsiderãs Pythagoricos reprẽhendit tanq̃ fabulas narrantes,dum dixerant q̃ aïa exiens de uno corpor̃ in aliud ingredit̃ diuersum specie,dixit ipse Arist. q̃ si hoc ueꝝ esset nil aliud esset dicer̃ nisi q̃ una ars intrat organa alterius.Et ideo dicẽdũ ẽ aïam nõ eẽ corpus q̃uis p corporis membra sua opa exerceat.

Rephẽsio Pythagoricoꝝ Arist.

¶ Relinqtur igit̃ respõsum fuisse omnibus illis q circa aïam seu aïæ principiũ diuersificati fuerunt,ut iam uisum ẽ,eoq̃ ipi ponebãt principiũ mãle.Contra quos ẽ,tñ Aug.in libro de quantitate aïæ ubi ait.Non ex his notis,usitatisq; naturis aïa facta est,quas istis corporeis sensibus tangimus. Nam neq; ex tr̃a,neq; exaere, neq; exigne n3 ex his omnibus,neq; ex aliis cõiũtis hoꝝ ꝯstare aïam puto.hæc ille.

Aug. lib. de quãtitate aïæ.

¶ Nunc tñ rõnibus illis respondebo,q̃bus antiq p̃res aïam ex piacenti mã ꝓductam eẽ moti sunt asserere.

¶ Ad illud ğ qd' dicunt oẽm cognitionem per aliquam similitudinem fieri,dicimus minime fore necesse q̃ similitudo rei cognitæ i mã cognoscentis actu sit,s3 si aliq d sit,quod prius ẽ cognoscens in potentia,& postea in actu,op3 cogniti similitudinẽ actu in cognoscentis nã non eẽ,s3 in potentia tm̃,ut manifeste exemplum habetur de

colore q qdem actu in pupilla non est, sed in potentia, qa non op3 ꝙ in nã aĩæ sit reꝝ corporearũ similitudo in actu, s3 ꝙ sit in potentia ad hui⁹modi sĩtudines, & iõ antiqui nãles aĩam corp⁹ eẽ ponebant, quia inter actum, & potentiã distinguere nesciebant, & iõ dicebant ꝙ ad hoc, ut cognosceret oĩa corpora ꝙ ex omniũ corpoꝝ pncipiis esset composita, nescientes tñ inter cognicionis potentiã, & mẽ, distinguere, quare absurda est illoꝝ opinio. ¶ Ad id g̃ qd' dicunt ꝙ aĩa oĩa cognoscit & iteꝝ cognitio est p reꝝ principia, dico superius responsũ eẽ cũ posuimus aliaꝫ eẽ cognitionis potentiã, aliãq; mẽ Et qñ dr̃ ꝙ illa existũt in aĩa p assimilacionẽ cognoscẽtis, & cogniti, quæ qdẽ assimilatio est p reꝝ intẽtiões, & non p eaꝝ essentias. dico eoꝝ rõ nihil cõcludit, quia iam sæpe dictũ ẽ quo pacto reꝝ cognitio ẽ p principia reꝝ. i. inq̃tum illaꝝ reꝝ situdines sunt in aĩa, & non ut ipsi poluerũt talẽ assimilationẽ fieri ẜm formã eẽ pfiitientẽ, qd' qdẽ esse non põt ut declaratũ est. Hæc g̃ q̃ dicta sunt l3 prima facie ad hanc mãm spectare non uideãtur nihilo minus quia ponũt isti pñes aĩaꝫ ex pĩacenti mã formatã, qd' nos omnino negamus, ẜ3 pipeteticoꝝ sentẽtiã, ac ueritatẽ iõ, hæc hic asserer̃ uolui, alia tñ ad locũ oportunũ relinquẽdo, & maxime ĩ I. de aĩa, ubi lati⁹ ista determinãt. Primo de aĩa latius determinant.

CAPITVLVM XXVI IN QVO PRObatur aĩam rõnalem a Deo ꝓductã esse per creationem.



Abito.n.in superioribus animam nullo pacto esse corpoream,nec ex aliquo mãli principio,aut ex præiacenti mã ,pductam.Ad pñs mihi uisũ est declarare aquo in eẽ ,pducta sit,an.s.p creationẽ a summo opifice deo glorioso. ℭ Nam clare uidere poterimus siquis pdicta recte ꝯsiderauerit.ipsam creationẽ ,pduci,qđ sic esse ,pbať.Certum.n.est rõnalia aĩalia esse habere ab ipsa anima intellectiua,ipsamq̃ a Brutis differre.ğ ipsam esse habere dicẽdũ est, cũ tñ uisum sit nõ esse mediante semine,ut aliæ substãtiales formæ productã,nec ex aliquo alio principio per gñonem.Et omne ,pductũ,aut p gñonem,aut p creationẽ ,pductũ ẽ,aĩa uero nõ per gñonẽ,ut probauimus remanʒ ğ ,pductam fore,seu fuisse per creationẽ,qđ quo pacto fiat declaraturus uenio asserendo tñ (ut Sancta mater christiana religio uult,) aĩam ipsam intellectiuã a deo ex nihilo,,p ut distinguiť ꝯ præiacentem mãm,creatã dum corpori infundiť.Nec disputandum censeo qualiter deus possit ex nihilo aliquid facere,cum sit omnipotens oĩa potẽs Voluit aĩas de nihilo creare,sicut angelos creauit. ℭ Quod autem ducta sit in esse a deo p creationem ita ,pbatur.Illud.n.cuius substãtia,nõ est suum esse,sui esse auctorem hʒ hoc.n.notuʒ est,cũ omne qđ est,ab alio necesse est eẽ,nisi ipse sit suũ esse.Sʒ aĩa humana non est suum eẽ,cũ solius dei sit,ğ aĩa hʒ causam sui esse actiuã.hoc stante Quod esse p se hʒ,per se ẽt agit,& ita qđ

h3 esse ab alio, non per se fit, sed ab alio facto, ut in nālibus exēplo uidemus. Nā igne gñato ignis forma fit. Sed intellectiua aīa ultra alias substantiales formas h3 quia ē in suo esse susistēs, ac suum esse propriū corpori comunicat, g̃ præter aliaꝶ formaꝶ modū, q̄ p accidēs fiunt, compositis factis, aīa p se h3 suū fieri. Sed ut probatū ē humana aīa non h3 mām ꝓ sui parte, iō nō pōt fieri ex aliquo sicut ex mā, g̃ dām est eam ex nihilo fieri, & sic ꝓductam esse p creationem. Cū igit̃ creatio ē opus sit ꝓpriū dei ut in pn̄tiaꝶ probabo, sequitur g̃ ꝙ a deo creatur. Quod aūt creatio sit ꝓpriū dei opus, ita ꝓbatur. Secudū. n. ordinem agētiū ē ordo actionum. Nam nobilioris agētis, nobilior ē actio, g̃ op3 ꝙ prima actio sit ꝓpria primi agentis. S3 creatio ē prima actio eoꝙ ipsa nullam aliā actionem psupponat, imo oēs aliæ eam præsupponūt, g̃ creatio solius dei q est primū agens est propria actio, hoc ēt ꝯfirmatur. quia omne quod ē, h3 esse essendi, ab uli causa, g̃ nihil pōt esse ab eo nō creatū, nisi ipse, sic nil aliud est aīalis causa essendi, nisi ipse de?, g̃ creatio nulli alio ꝯuenire pōt. iō ut ei? ꝓpria actio soli deo competit, relinqtur g̃ rō nr̄a uera.

Ho mo ād eius dei cre atione.

